

115

13

# JACOBI GRETSERI
SOCIETATIS JESU

# INSTITUTIONUM
*LINGUAE GRAECAE*

LIBER PRIMUS

De Octo Partibus Orationis

*EDITIO UNDEVICESIMA*

ITERATIS CURIS

CASTIGATA ET EXPOLITA

*QUAE SIT EX USU*

AUDITORIBUS IN COLL. SOC. JESU

*Ad D. Sebastiani Neapoli.*







NEAPOLI. ANN. CIↃ. IↃ. CCC. XXVIII.
EX GALLICANO TYPOGRAPHEO





# ERUDITIS

LINGUAE GRAECAE PROFESSORIBUS, ET STUDIOSAE JUVENTUTI

ΕΥ ΧΑΙΡΕΙΝ ΚΑΙ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

---

*Graecam linguam longè omnium esse pulcherrimam et utilissimam, communis et vera est eruditorum persuasio, testata totius superioris memoriae testimonio. Pulcram enim et maximorum commodorum feracem esse oportet, quae graeciae terminis nequaquam inclusa, Asiam prope universam, Italiam, Galliam, et reliquas orbis terrarum partes jam olim pervasit, et extra anni sòlisque vias, super et garamantas et indos, protulit imperium, ut ne Alcides quidem tantum telluris obiverit, quantum haec lingua;*

Fixerit aeripedem cervam licet, aut Erymathi
Placarit nemora, et Lernam tremefecerit arcu.

*Ut ait poëtarum optimus. Quamobrem nihil a ratione alienum facturus videtur, si quis illam cum Orphei lyra, aut cum Amphionis testudine comparet; ut enim haec saxa movere sono poterat, et lenire tigres, rabidosque leones, et prece blanda ducere quò vellet; ita graeca lingua non tantùm veteres romanos rerum dominos, omni humanitatis genere perpolitos, sed et asiaticos; schytas, brachmanas, gallicanos, druidas, aliasque multas immanitate barbaras gentes excoluit, et cum ad eloquentiae, tum ad philosophiae studia rerumque caelestium contemplationem erudivit nostro etiam seculo, quo refloruerunt ac propemodum renatae sunt litterae, graecis musis aequè suus constat honos atque latinis, quippe sororibus, et quas disjungere sine certa et praesenti jactura minimè possis, sive poëtices, sive rheto-*

*rices, sive philosophiae, sive alterius majorum gentium scientiae desiderio et amore tenearis: tametsi plures nunc quam temporibus anteactis reperias, qui nihil sibi cum graecis disciplinis negotii esse velint. Sed quid mirum? suo aevo tam felici et docto exclamabat Theocritus.*

Τίς γάρ τῶν, ὁπόσοι γλαυκὰν ναίουσιν ὑπ' ἠῶ,
Ἡμετέρας χάριτας πετάσας ὑποδέξεται οἴκῳ
Ἀσπασίως;

*Interea tamen melior, si non major, numerus libenter cum eodem vate canit:*

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ,
Ἐμὶν δ' ἁ μῶσα καὶ ᾠδά,
Τᾶς μοι πᾶς εἴη πλεῖος δόμος.

*De his igitur, quibus tantum sui amorem in pectore graeca lingua incussit, praeclarè mereri illos, qui primá rudimenta ejus linguae tradunt, grammaticasque institutiones conscribunt, non invitus fatebitur*

*ille, qui nos eo loco et tempore natos meminerit, quo sine praesidio praeceptionum, ad cognitionem graecae litteraturae ne adspirare quidem licet. Prodierunt autem hactenus grammatici, non unus, sed ut ille ait,* μυρίοι, οὓς οὐκ ἄν τις ἀριφραδέως ἀγορεύσοι, θνητὸς ἐών. *Post quos omnes exit itidem haec grammatica, tribus suis partibus perfecta et absoluta, in gratiam potissimùm juventutis, quam variis in locis fidei nostrae commissam, bonis moribus et litteris informamus.*

*Paucula haec delibare visum fuit ex impressâ anno 1593 Ingolstadii grammaticâ graecâ Iacobi Gretseri, viri latinis, graecisque litteris apprime exculti. In cujus praeceptionibus, quae novâ jam accuratione recusae prodeunt in lucem, si studiosa juventus primo aetatis tempore operam curamque posuerit; nae illa certissimam sibi et tritam maximè viam munierit, ad intima graecarum gratiarum adyta, atque ipsa adeo priscae eru-*

*ditionis monumenta, non sine summo operae pretio ac laboris. Praesertim si accesserit sedula eruditi professoris industria, qui hoc sibi propositum habeat, ut si quid in ludo à studiis latinis est otii super (supererit autem abunde, si volet) totum id explanationibus graecis, discipulorum ingenio accommodatis impensè tribuat. Omne autem in hoc genere, ut mea quidem fert opinio, punctum tulerit is, qui ab ipsis rudimentis, si non pari, at constanti certè et non interrupto tenore, graecanica non minùs scriptionis argumenta, quam latina urserit, quo vocabula utriusque linguae paulatim imbibant pueri, animo imprimant altiùs, in promptu habeant, in usum suum convertant, et graeca scire pene priùs incipiant, quam discere se animadvertant, cumulatiores hac methodo progressus facturi, quam ullo alio genere exercitationis. Faxit Deus, ut taedio victus nullo, nulla difficultate ter-*

*ritus, istuc stadii quilibet politioris litteraturae alumnus contento nisu prosperè feliciterque decurrat, praeeuntis professoris ac praemonstratoris vestigia sequens: quo fiat, ut tam in graecae quam latinae orationis facultate tandem par evadat, et utrâque decorus laureà nitescat. Quae, quantò pietate, vitaeque integritate erit ornatior, amabilior sane erit tanto ac praestabilior.*

*Nihil hic moror imperitos* μισέλληνας: *confutare eos re potius ipsa, et diligentiâ, quam dictis poterunt strenui scholarum moderatores, quorum felici, et numquam laudato satis labore, loquuntur musae, decertant ingenia, vigent artes, fervent gymnasia, florent civitates.*

---

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | αλ. | | θρ. | | σθ. |
| | αλλ. | | θρω. | | σθαι. |
| | ἀπο. | καί, | καί. | | σϖα. |
| | ἀρ. | | καθω. | | σσα. |
| | αρ. | | καν. | | στ. |
| | γαν. | | κατά. | | σχο. |
| | γάρ. | | κεφάλαιον. | | σχρ. |
| | γελ. | | κρα. | | ϛω. |
| | γελλ. | | κυι. | | τα. |
| | γεν. | | κῶν. | | ται. |
| | γερ. | | μαρ. | | ταῖς. |
| | γευ. | | μάτων. | | ταῦθα. |
| | γίνεται. | | μεθ. | | τε. |
| | γο. | | μελ. | τὴν; | τὴν. |
| | γρι. | | μελλ. | π; Τι, | τι. |
| | γυι. | μεν, | μὲν. | | τὸ. |
| | δέ. | | μενος. | | τὸν. |
| δεξ, | δεξ. | | μετά. | | τοῦ. |
| | δευ. | | μῶν. | | τρ. |
| | δια. | | οἷον. | | τρο. |
| | δυς. | | ον. | | τῷ. |
| | ει. | | ου. | | τω. |
| | εἶ. | οὐδε, | οὐδε. | | τῶν. |
| | εἶναι. | | οὖν. | | ῦ. |
| ελ | ελλ. | | οὗτος. | | υι. |
| | ἐν. | | παρ. | | υν. |
| | ἐξ. | | παρα. | | ὑϖ. |
| | ἐπειδή. | | περ. | | υς. |
| | ἐπευ. | πτευς, | πτευς. | | χαρ. |
| | ἐστι. | | ϖρ. | | χαρι. |
| | ευ. | | ρο. | | χθα. |
| | ευς. | σα; Ϲα, | σα. | | χο. |
| | ην. | | σαῦτα. | | ῶ. |

## CAPUT I.

# DE GRAECORUM

### LITTERIS EARUMQUE

## DIVISIONIBUS ET AFFECTIONIBUS.

LITTERAS habent graeci viginti quatuor; quarum figuras, nomina, potestatésque subjecta tabula ostendit.

| *Figura.* | *Nomina.* | *Potestas.* | |
|---|---|---|---|
| Α α | ἄλφα | Alpha | a |
| Β β ϐ | βῆτα | Beta | v, b |
| Γ γ | γάμμα | Gamma | g |
| Δ δ δ | δέλτα | Delta | d |
| Ε ε | ε ψιλὸν | Epsilon | e tenue |
| Ζ ζ ζ | ζῆτα | Zeta | z |
| Η η | ἦτα | Eta | e latum |
| Θ ϑ θ | ϑῆτα | Theta | th |
| Ι ι | ἰῶτα | Iota | i |
| Κ κ | κάππα | Cappa | c, k |
| Λ λ | λάμβδα | Lambda | l |
| Μ μ | μῦ | My | m |
| Ν ν | νῦ | Ny | n |
| Ξ ξ | ξῖ | Xi | x |
| Ο ο | Ο μικρὸν | Omicron | o parvum |
| Π ϖ π | πῖ | Pi | p |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Ρ | ρ ϱ | ῥῶ | Rho | r |
| Σ | Ϲ σ ς | σῖγμα | Sigma | s |
| Τ | τ ϯ | ταῦ | Tau | t |
| Υ | υ | υ ψιλὸν | Ypsilon | y tenue |
| Φ | φ | φῖ | Phi | ph |
| Χ | χ | χῖ | Chi | ch |
| Ψ | ψ | ψῖ | Psi | ps |
| Ω | ω | ω μέγα | Omegà | O magnum. |

ANNOTATIO.

*Quemadmodum certum est, olim apud latinos aliam fuisse litterarum et syllabarum et, ut uno verbo dicam, latinae linguae pronunciationem, quàm sit hodie: ita certum est, graecos longe aliter multas litteras pronunciasse, quàm nos hoc tempore pronunciamus; qua de re integri quorumdam extant libri. Porrò sicut nativa et genuina latini sermonis pronunciatio intercidit, ita et graeci: ac proinde inutile fuerit curiosè nimis veterem pronunciationem sequi, quam numquam sis assecuturus, cùm non planè constet qualis fuerit. Efferantur ergo litterae et voces eo sono et modo, qui doctis plerisque probatur, et quem in superiore elementorum graecanicorum delineatione, latinis ex altera parte respondentibus, efformatum cernis: cum etiam hujus aetatis graeci ab illa pronunciatione nihil vel perparum di-*

*screpent; maxime quod attinet ad tres istas litteras* β, η, υ, *de quibus potissimum certatur.*

## DIVISIO LITTERARUM.

Dividuntur litterae generali divisione in vocales et consonantes.

Vocales sunt septem: α, ε, η, ι, ο, υ, ω. Consonantes reliquae omnes.

Vocales naturâ longae sunt η, ω. Breves ε, ο. Ancipites vel dubiae, α, ι, υ.

### ANNOTATIO.

*Vocales naturá longae corripiuntur nonnumquam à poëtis graecis, et breves producuntur, non tantum positione, sed aliis quibusdam modis, vel potius licentiis; ut in prosodia ostendemus.*

*Ancipites non ideo hoc nomen habent, quòd in quavis dictione arbitrio usurpantis breves sint aut longae; sed quòd in diversis. Nam* α *et* ι *in his vocibus,* στόμα os, μέλι mel, *semper corripiuntur: sicut et* υ *in his,* φυγὴ fuga, γυνὴ mulier. *At in voce* λαὸς populus, α *semper longum est: et* ι *in* τιμὴ honos; νίκη victoria: *et* υ *in nomine* μῦθος sermo, fabula; ψυχὴ anima; χρυσὸς aurum; θυμὸς animus, ira. *Reperiuntur tamen vocabula, quae eamdem*

*

*vocalem ancipitem modo producant, modo corripiant*; *ut* Ἄρης Mars; ἀνὴρ vir; καλὸς pulcher; φίλος amicus; ἴσος aequalis; ὕδωρ aqua.

Dividuntur rursus vocales in praepositivas et subjunctivas, seu in principes et subditas.

Praepositivae sunt, quae in compositione diphthongorum praeponuntur: ut α, ε, η, ο, ω.

Postpositivae, quae postponuntur: ut ι, υ.

*Quia tamen ex his ipsis duabus subditis vocalibus diphthongus impropria υι conficitur, fit, ut υ respectu sui comparis etiam praepositiva dici possit.*

## DE DIPHTHONGIS.

Constituuntur ex vocalibus diphthongi duodecim: quarum sex vocantur propriae, αι, αυ, ει, ευ, οι, ου. Sex impropriae, ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, υι, ωυ.

Illae dicuntur propriae, quòd duplicem edant sonum, si rectè pronuncientur: hae verò impropriae, quòd simplici efferantur sono. Nam ᾳ pronunciatur ut α simplex, similiter ῃ et ῳ. Numerantur tamen in diphthongis, quòd sub se vocalem contineant, in quam quoque ad latus adscriptam resolvi possunt, ut ᾅδης *infernus*, ἀΐδης; ληστὴς *latro*, ληϊστής.

Quando vocalis posterior diphthongi duobus supernè punctis notatur, tunc fit diaeresis, et quaelibet vocalis propriam syllabam constituit, ut πάϊς *puer*, ἐΰφωνος *sonorus*.

ANNOTATIO.

*Habent diphthongi hoc nomen à duplici sono. Nonnulli eas* bivocales *latinè appellant, vel quòd duplici constent vocali, vel quòd sonum edant geminum. Unde etiam* bisonae *vel* bisonantes *dici possent, ad eum modum quo aliquae litterae à* consonando *dictae sunt* consonantes *vel* consonae; *et* vocales *à veteribus* sonae; *et* mutae, insonae; *teste Isidoro lib.* 1. *Etymol. cap.* 4. *Nec mireris si hodie diphthongi, tam apud latinos, quam apud graecos, sint monophthongi; quia vera pronunciatio desiit; quam tamen colligere aliquantulum licet ex vestigiis, quae apud latinos supersunt. Nam* αι *fere efferebatur, ut apud latinos illa Virgilii,* aulai, pictai; *et apud Lucretium,* aquai, patriai; *itemque* Aiax, Maia. Αυ *pronunciabatur uti nunc in his vocibus,* aura, aurum, taurus, thesaurus. Ει *sonabat, ut audis in his versibus Ovidii:*

Flebilis indignos Elegeïa solve capillos. *etc.*
Exigit indicii memorem Cythereïa poenam.

*Utrobique est diphthongus* ει, *sed soluta.*

*Nulla tamen diaeresi facta, antiqui non ut nos* elegia, *sed* elegeia *dicebant, utrâque videlicet diphthongi parte sonante; ut fit in penultima illius versus* 1. *Aeneidos:*

Quarum quae formâ pulcherrima Deïopeia.

*Et in vocabulo* eia, *graecè* εἶα. Ευ *eum habebat sonum, quem nunc habet in his vocabulis*, Eurus, euge, Eucharistia. Οι *talem, qualis est in* Troia, troianus. Ου *efferebatur ut à gallis*, nous, vous.

*Diphthongi illae*, ηυ, υι, ωυ, *sunt diphthongi propriae; quippe duplicis soni, si legitima observetur pronunciatio. Numeravimus tamen illas inter diphthongos improprias, secuti alios grammaticos, qui eas, quod essent* κακόφωνοι *et duriusculae, impropriis adscripsisse videntur: quamvis Lascarus* ηυ *et* ωυ *omnino non numeret in diphthongis. In prioribus diphthongis impropriis non subscribebatur olim iota vocalibus, sed ad latus adjungebatur* αι, ηι, ωι. *Quae consuetudo postea desiit, et tantum in litteris capitalibus seu majusculis remansit*, Αι, Ηι, Ωι.

## DE CONSONANTIBUS.

CONSONANTES sunt duplices: mutae et semivocales.

Mutae dividuntur in { Tenues ϖ, κ, τ. Medias β, γ, δ. Adspiratas φ, χ, θ. }

ANNOTATIO.

*Ex tribus istis classibus prima et ultima extremae sunt et oppositae, media convenit cum utrisque: nam β accedit aliquo modo ad ϖ, et aliquo modo ad φ; γ verò ad κ et χ; δ autem ad τ et ϑ. Solent porro saepe tenues cum adspiratis, et hae cum illis, in oratione, et in temporum formatione, et in vocabulorum compositione permutari, ut in progressu hujus libri constabit.*

Semivocales dividuntur in liquidas seu immutabiles, λ, μ, ν, ρ, et in duplices, ζ, ξ, ψ, sic dictas; quòd duabus aliis consonantibus aequivaleant.

Valet autem { ζ δσ, vel, ut quidam, σδ. ξ κσ, γσ, χσ. ψ πσ, βσ, φσ. }

Dividuntur quoque consonantes in praepositas et subditas.

Praepositae dicuntur illae, à quibus dictio potest inchoari; cujusmodi sunt omnes graecorum consonantes. Postpositae illae, quae graecas dictiones finiunt; quales tantùm sunt, ν, ρ, ς, ξ, ψ, et κ in dictio-

nibus ἐκ et οὐκ. Nulla enim vocabula graeca in aliam consonantem exeunt.

ANNOTATIO.

*Illa* Ἰωσὴφ Ioseph; Δαβὶδ David; Μιχαὴλ Michaël; Σὴθ Seth, *et similia, quae passim in divinis libris graecè scriptis occurrunt, non sunt graeca, sed peregrina. Illud autem* ὀυχ *pro* ὀυχὶ *mutilatum est per apocopen; quod aliqui etiam tradunt de* οὐκ, *quasi sit pro* οὐκί.

Γ ante γ, ξ, χ, sonat vt ν, ἄγγελος *Angelus*, λύγξ *lynx singultus*, vel *lynx fera*, ἔγχος *hasta*.

Idem fit cùm γ ante κ ponitur, sed ipsum κ induit tum sonum τοῦ γ, ut πέφαγκα pephanga, à φαίνω *appareo*.

## DE ACCENTIBUS.

Ad rationem legendi spectat quoque accentus; qui triplex est. Acutus, θεός, λόγος, τύπτομεν. Gravis, τιμὴ. Circumflexus, μοῦσα, ποιῶ.

ANNOTATIO.

*Acutus attollit, gravis deprimit, circumflexus ( ut nomen ipsum prae se fert ) partim attollit, partim deprimit syllabam.*

*Constat hic ex acuto et gravi; quamquam sonus ejus hodie incertus est, ut rectè dixit in sua prosodia noster Emmanuël. Nam syllabas circumflexas efferimus nunc ut acutas. Nec plura hic de accentibus: nam utrum in illo vocabulo τιμὴ gravis sit an acutus, explicandum est capite* XXII.

*Tantum observetur accentum et quantitatem syllabarum apud graecos distingui, et in pronunciatione non quantitatis, sed accentûs rationem haberi; cujus contrarium fit apud latinos.*

## DE SPIRITUS.

Spiritus duplex est { Asper, sive densus: ἅμα *simul.* Lenis, sive tenuis: ἐγὼ *ego.* }

Locus spirituum est vocalis aut diphthongus initio dictionis: itemque consonans ρ, quae in principio vocis adspiratur, ῥώμη *robur;* in medio autem si duplicetur, priori loco lenem, posteriori asperum spiritum habet, πόῤῥω *procul;* ἄῤῥωστος *infirmus.*

ANNOTATIO.

*Spiritus asper pronunciatur ut adspiratio latina* H, *subitque ejus vicem apud graecos. Spiritus lenis moderatius effere-*

*batur olim, ut ipsum nomen significat; sed usus ejus jam penitus exolevit. Omnes enim graecum pronomen* ἐγὼ, *efferunt ut latinum illud* ego ; *et tunc leni spiritu pronunciari censetur vocabulum, cum non pronunciatur aspero. Ceterum* ρ, *si in medio non duplicetur, nullo notatur spiritu,* φιλοκερδὴς, amans lucri: *nisi alterum* ρ *sit objectum, quod poëtae interdum versûs gratiâ faciunt,* ἄρεκτον *pro* ἄῤῥεκτον infectum; *quamvis hoc non fiat semper,* ῥάπτω suo, ἔρραπτον *pro* ἔῤῥαπτον suebam. *Quo autem spiritu quaevis dictio insigniatur, non praeceptorum multitudine, sed usu et observatione discendum est. Si quis tamen regulas desiderat, is libellum Antesignani de spirituum ratione adeat. Illud notetur, in majusculis litteris à multis neque spiritum, neque accentum scribi.*

## DE APOSTROPHO.

Apostrophus est nota rejectae et elisae vocalis ferè brevis, aut diphthongi, cùm sequens dictio à vocali aut diphthongo inchoatur.

Eliduntur ex vocalibus ε, ο: item α et ι, cùm corripiuntur. Ex diphthongis αι et οι: *βούλομ' ἐγὼ*, pro *βούλομαι ἐγὼ* *volo ego*: *οἴμ' ἐγὼ*, pro *οἴμοι ἐγὼ* *heu mihi.* Istae enim diphthongi habentur breves in accentibus.

Quod si vocalis aut diphthongus alterius

dictionis adspiretur, tunc tenuis praecedens mutatur in adspiratam: ἀφ' οὗ, pro ἀπὸ οὗ *a quo*: νύχθ' ὅλην, pro νύκτα ὅλην *totam noctem.*

Consonantes praecedentis vocabuli pertinent ad vocalem proximam dictionis sequentis, non autem ad vocalem dictionis antecedentis, ut νύ-χθ' ὅλην.

ANNOTATIO.

*Apud Homerum Iliad. β. eliditur etiam* η: τράφ' ἐνὶ μεγάρῳ *pro* τράφη *vel* ἐτράφη ἐνὶ μεγάρῳ, nutritus est in domo. *Alii tamen legunt* τράφε, *posito activo pro passivo. alii* τράφη ἐν μεγάρῳ, *ne cogantur dicere* η *abjici. Sed quid dicent ad hoc Odyss.* I. ἐλαπίν', ἠὲ γάμος epulae sunt, an nuptiae? *Certe hic* η *eliditur; ut et* α *longum apud Anacreont. Ode 15.* εὔδι' ἐστὶ serenitas est, *pro* εὐδία: *et* ου *in hoc Sapphûs carmine,* ἀπ' ὠράν' αἰθέρος διὰ μέσσω, de caelo athera per medium, *pro* ἀπ' ὠρανοῦ *seu* οὐρανοῦ.

*Interdum abjicitur vocalis, quamvis sequatur consonans in altera dictione tam in compositione, quam extra:* παρ' θεῷ apud Deum: κάτθεο *pro* κατάθεο depone. *Interdum non ultima praecedentis vocabuli, sed prima sequentis littera eliditur: ut* ἡ γαθὴ *pro* ἡ ἀγαθὴ bona: ἡ ρετὴ *pro* ἡ ἀρετὴ virtus. *Quae tamen potius ad aphaeresin, quàm ad apostrophum referentur.*

*Reliqua de apostropho et similibus no-*

*minum affectionibus ad prosodiam reservamus, ubi etiam allatis exemplis ostendetur, non semper abjici brevem vocalem aut diphthongum. Quid, quod ne abjici quidem possunt perpetuò sine absurditate? quis enim in soluta oratione dicat?* κ' ἦλθε *pro* καὶ ἦλθε: κ' ἄνθρωπος *pro* καὶ ἄνθρωπος: ἐμ' ἔδωκας *pro* ἐμοὶ ἔδωκας. *Adhibendum est ergo judicium, ubi et quando apostropho sit utendum. Censent etiam viri docti, non tantùm in carmine, sed et in soluta oratione sine piaculo scribi,* νύκτα ὅλην.

## DE INTERPUNCTIONIBUS.

CONVENIUNT graeci cum latinis in commatis seu incisis, punctisque, quibus periodus terminatur: at in illis interpunctionibus, quae colon et semicolon dicuntur, discrepant. Nam quòd signum est latinis semicolon, hoc graecis est nota interrogationis; et colon non duobus, sed uno ad superiorem litterae partem puncto pingunt, quae omnia in sequentibus Anacreontis, et Homeri versibus videre licet.

Τόδ' αὔριον τίς οἶδεν; *Quis cras futura novit?*
Τί γὰρ μάχαισι κἀμοί; *Quid praeliis mihique?*
Τί χρυσὸς ὠφελεῖ με; *Quid conferat mihi aurum?*
Ὡς οἱ μὲν Τρῶες φυλακὰς ἔχον· αὐτὰρ Ἀχαιοὺς
Θεσπεσίη ἔχε φύζα, φόβου κρυόεντος ἑταίρη.

*Ita quidem Troiani custodias agebant: sed Achivos divinitus immissa tenebat fuga, timoris frigidi socia.*

Huc quoque pertinet hypodiastole, signum inter duas dictionis alicujus syllabas interjectum, distinctionis gratiâ: ὅ, τι, ὅ, τε, et τό, τε articuli: secernuntur enim hac notâ à conjunctione ὅτι *quod*, et ab adverbiis temporis ὅτε *quando*, et τότε *tunc*.

Litteras verò majusculas, quarum formam prima columna alphabeti repraesentat, adhibent graeci more latinorum dictionibus propriis hominum, locorum, regionum, fluminum, etc. et illis quae initio orationis vel periodi ponuntur: quamvis in his tam religiosi non sint graeci, atque latini. Neque opus est plura de orthographia dicere.

## CAPUT II.

# DE PARTIBUS ORATIONIS APUD GRAECOS, ET PRIMUM DE ARTICULO.

Partes orationis apud graecos sunt octo: articulus, nomen, pronomen, verbum, participium, adverbium, praepositio, conjunctio.

Casus quinque: rectus seu nominativus, genitivus, dativus, accusativus, vocativus. Ablativo carent graeci.

Numeri tres: singularis, dualis, pluralis. Duali utimur, cùm de duobus sermo est: quamvis tunc etiam pluralis adhiberi possit.

In duali eadem est nominativi et accusativi vox et terminatio; itidémque genitivi et dativi. Et in plurali vocativus semper est similis nominativo.

## DE ARTICULO.

Articulorum alius est praepositivus, qui praeter cetera officia declinandis nominibus praeponitur, ut apud latinos *hic*, *haec*, *hoc*. Alius est subjunctivus, qui vocabulis subjungitur, ut relativum *qui*, *quae*, *quod*; cui etiam significatione respondet.

Carent articuli vocativo, cujus vicem explet adverbium vocandi ὦ, per omnia genera et numeros articuli praepositivi.

## DECLINATIO ARTICULI PRAEPOSITIVI.

Singularis.

| | Nom. | Gen. | Dat | Acc. | Voc. |
|---|---|---|---|---|---|
| Masc. | ὁ, | τοῦ, | τῷ, | τόν, | ὦ. |
| Fem. | ἡ, | τῆς, | τῇ, | τήν, | ὦ. |
| Neut. | τό, | τοῦ, | τῷ, | το, | ὦ. |

Dualis.

| | Nom. et Acc. | Gen. et Dat. | Voc. |
|---|---|---|---|
| Masc. | τώ, | τοῖν, | ὦ. |
| Fem. | τά, | ταῖν,. | ὦ. |
| Neut. | τώ, | τοῖν, | ὦ. |

Pluralis.

| | Nom. | Gen. | Dat. | Acc. | Voc. |
|---|---|---|---|---|---|
| Masc. | οἱ, | τῶν, | τοῖς, | τούς, | ὦ. |
| Fem. | αἱ, | τῶν, | ταῖς, | τάς, | ὦ. |
| Neut. | τά, | τῶν, | τοῖς, | τά, | ὦ. |

Sic declinantur quoque composita ὅδε, ἥδε, τόδε : et ὅγε, ἥγε, τόγε. Attici pro ὅδε et τόδε, dicunt ὁδὶ et τοδί.

ANNOTATIO.

*Haec declinatio diligenter est memoriae mandanda. Inde enim non tantùm articuli subjunctivi, sed etiam nominum primae, et secundae, et tertiae declinationis semplicium inflexio pendet. Nam* λόγος, *verbi gratiâ, eamdem in omnibus obliquis terminationem habet cum articulo praeposivo masculino,* τιμὴ *cum feminino ; et cum eodem, saltem in duali et plurali, vocabula primae declinationis. Quâ convenientiâ et similitudine animadversâ, facilius multò discentur et memoriâ retinebuntur sequentium declinationum paradigmata.*

# OFFICIA ARTICULI PRAEPOSITIVI.

Primò usurpatur plerumque à graecis, cùm rem certam et definitam significant: *ἀπόδος μοὶ τὸ βιβλίον redde mihi librum*, nempe, *illum certum*: *ὁ ἄνθρωπος ἧκε venit homo*; non *quivis*, sed *certus*: *ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων*; Matthaei 2. *Ubi est ille qui natus est Rex Iudaeorum?* sic *ὁ ποιητὴς ille poëta, Homerus* scilicet, qui propter excellentiam commune poëtarum nomen fecit suum.

Secundò ponitur interdum pro demonstrativo pronomine ( *τὸν* pro *τοῦτον* ) adjunctis particulis *δε*, *γε*, *τε* ( *ὅγε*, *ἥγε*, *τόγε* ) per omnia genera et casus. Demost. de corona: *εἰ τὸ καὶ τὸ ἐποίησεν ἄνθρωπος οὗτος, οὐκ ἂν ἀπέθανεν, si hoc et hoc fecisset ille homo, non fuisset mortuus*, pro *εἰ τοῦτο καὶ τοῦτο.*

Tertiò accipitur pro interrogativis: *τοῦ* pro *τίνος cujus? τῷ* pro *τίνι cui?*

Quartò pro infinitis: *εἰ τῷ* pro *εἰ τινι si cui: ἀγνοῶ τῷ χρὴ πιστεῦσαι.* Lucian. *Nescio cui credere debeam.*

Quintò adhibetur divisionibus cum voculis *μὲν* et *δὲ*, ut *ὁ μὲν*, *ὁ δὲ hic quidem*,

*ille verò.* Τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν ἀγαθοὶ, οἱ δὲ πονηροὶ *hominum alii boni, alii mali.*

ANNOTATIO.

*Usurpatur etiam articulus praepositivus masculinus* ὁ *pro subjunctivo* ὅς, *idque apud poëtas; et* ὅπερ *pro* ὅσπερ. *Quamvis sint, qui putent non esse articulum praepositum, sed subditum, qui litteram* σ *amiserit. Sed quidquid sit de hac sententia, in hoc certè Homeri versu Iliad.* 1. *locum subditi occupat praepositivus:* Ην διὰ μαντοσύνην, τήν οἱ πόρε φοῖβος Ἀπόλλων. ( τὴν *pro* ἥν ) propter suam scientiam, quam illi dedit Apollo. *Alia sunt hujus articuli munera; sed satius est, ut et in hoc, et in sequenti de constructione libro, quaeque suo loco explicentur, quam ut omnia huc congerantur.*

## DECLINATIO ARTICULI

## SUBJUNCTIVI.

Singularis.

| | Nom. | Gen. | Dat. | Acc. |
|---|---|---|---|---|
| Masc. | ὅς, | οὗ, | ᾧ, | ὅν. |
| Fem. | ἥ, | ἧς, | ᾗ, | ἥν. |
| Neut. | ὅ. | οὗ, | ᾧ, | ὅ. |

Dualis.

| | Nom. et Acc. | Gen. et Dat. |
|---|---|---|
| Masc. | τὼ, | τοῖν. |
| Fem. | τὰ, | ταῖν. |
| Neut. | τὼ, | τοῖν. |

Pluralis.

| | Nom. | Gen. | Dat. | Acc. |
|---|---|---|---|---|
| Masc. | οἱ, | ὧν, | οἷς, | οὓς. |
| Fem. | αἱ, | ὧν, | αἷς, | ἃς. |
| Neut. | ἃ | ὧν, | οἷς, | ἅ. |

Eodem modo inflectuntur composita hujus articuli, ὥσπερ, ἥπερ, et ὅστις, ἥτις, ὅτι.

ANNOTATIO.

*Articuli praepositivi et postpositivi recipiunt varietatem dialectorum, non aliter quam secunda declinatio simplicium, per quam inflectitur articulus femininus; et tertia, per quam inflectitur masculinus. Unde ex illis quae infra de harum declinationum dialectis dicemus, facile intelligentur dialecti articulorum.*

# CAPUT III.

## DE

# DIALECTIS IN GENERE.

*Cum articulo quem jam explicavimus, et reliquis partibus orationis quas jam aggressuri sumus, variae dialecti accidant, operae pretium erit in hoc capite exponere generatim, primò quid sit dialectus: secundò, quot sint dialectorum genera magis celebria et trita: tertiò, quidnam unaquaeque dialectus proprium et peculiare potissimùm habeat. Dialectus autem singularum declinationum et conjugationum suis quasque locis enumerabimus; sic enim et confusio vitabitur, laborque discentium minuetur.*

## QUID SIT DIALECTUS.

*Dialectus nihil est aliud, quam unius et ejusdem linguae nota differentia, non omnibus qui illâ utuntur, sed aliquibus*

*tantùm usitata, ( quorum ratione dialectus idioma* seu proprietas dicì solet ) sive differentia haec consistat in solis litteris ejusdem vocabuli, litterarumque affectionibus, sive in sola pronunciatione, sive in verbis integris, sive in syntaxi et constructione. His enim quatuor partibus contineri videtur tota dialectorum varietas.*

*Quamvis autem apud graecos una et eadem omnium esset lingua; suos tamen modos loquendi et pronunciandi certorum locorum incolae habebant. Quod ipsum hodiè quoque in quavis lingua videre licet. Et quia ob multiplices colonias, in varias mundi partes à graecis missas, graeci longè latéque fundebantur; multas quoque mutationes illorum linguam subire, variasque dialectos suscipere necesse fuit. Ex quibus tamen quatuor prae ceteris magis erant, et nunc quoque sunt, insignes et notabiles dialecti: Dorica, Aeolica, Ionica, Attica. Lingua communis non est numeranda in dialectis; cùm dialecti linguae communis sint accidentia. Dicebatur autem illa lingua communis, quae certis dialectis non adstringebatur; ut qui eá uteretur, neque ex atticis, neque ex doribus, neque ex aeolibus, neque ex ionibus esse videretur, sed graecus absolutè: sicut nunc communis lingua germa-*

*nica, italica, aut gallica illa appellatur, quâ qui utitur, nullius certi loci indigena agnoscitur, sed simpliciter germanus, aut italus, aut gallus. Neque desinit propterea lingua aliqua esse communis, quod pauculas quasdam certorum locorum dialectos inspersas habeat. Unde atticè, verbi gratiâ, non censebantur loqui, qui in nonnullis tantùm cum atticis conveniebant, in aliis dissidebant; sed illi, qui in atticismis perfectè cum atticis se se conformabant. Celebravit porrò scriptis suis, et ad posteros transmisit doricam quidem dialectum Theocritus et Pindarus, et Pythagoraei philosophi, quorum fragmenta apud Laërtium et Stobaeum extant; ionicam Hippocrates et Herodotus; atticam Aristophanes et Demosthenes. eolicam hinc inde insperserunt suis monumentis poëtae, maximè illi, qui nullam certam dialectum secuti, promiscuè quasvis usurparunt, prout occasio et lex carminis exigebat.*

*Sed ut distinctius intelligatur, quidnam quaeque ex quatuor praedictis dialectis proprium sibi vendicet, singularum proprietates insigniores ordine sunt adferendae, ducto initio à dorica; quae litterae* A *amans, saepe illam pro aliis supponit, ut in sequentibus exemplis vides.*

# DIALECTUS DORICA.

| | | | |
|---|---|---|---|
| α | | η | Ἁμέρα, φάμα, πλαγὰ, μαχανὰ, ἀδονὰ, μᾶλον, μάτηρ *pro* ἡμέρα dies: φήμη fama: πληγὴ plaga: μηχανὴ machina: ἡδονὴ voluptas: μῆλον malum: μήτηρ mater. *Dores imitati sunt latini:* fama, plaga, machina, malum, mater. |
| α | | ε | Ἄρταμις *pro* Ἄρτεμις Diana: πιάζω *pro* πιέζω premo, crucio: τράχω *pro* τρέχω curro: φρασὶ *pro* φρεσὶ mentibus, ἁ φρὴν mens. |
| α | *pro* | ε | *Item* γα, κα *pro* γε, κε: ἐγώνγα *pro* ἔγωγε: αἴκα *pro* αἴκε, *vel* εἴκε: ἅτερος *pro* ἕτερος alter, *et similia multa.* |
| α | | ω | Μουσᾶν *pro* μουσῶν. *Fit hoc in genitivo plural. primae et secundae declinat. simpl.; immo etiam in quinta, ut apud Theocr. Idyll.* 8. ὦ τράγε τᾶν λευκᾶν αἰγᾶν ἄνερ. Αἴξ *profectò non primae, non secundae, sed quintae declinationis est. Legitur etiam apud Euripidem alicubi* γυναικᾶν. *Accidit hoc idem participiis circumflex. in* |

*ῶν : γελᾶν pro γελῶν* ridens, *teste Corintho. πρᾶτος pro πρῶτος* primus, *apud Theocritum Idyll.* 8. 9. *et alibi.*

α ω *Interdum ω genitivi retinetur quidem, sed interjecto α, ( μουσάων, πασάων, πολλάων ) et hoc in prima et secunda declinat. simpl. quamvis Callimachus etiam νησάων dixerit, à νῆσος* insula, *tertiae declin. Faciunt hoc poëtae, vel versus explendi causâ ( ut Hesiod.* Πληιάδων Ἄτλα γενέων ἐπιτελλομε-
pro νάων Ἄρχεσθ' ἀμητοῦ, ἀρότοιο δὲ δυσσομενάων. Pleiadibus Atlante genitis orientibus: Incipe metere, arare verò occumbentibus. ) *Vel majestatis et gravitatis gratiâ, multo enim grandius et sonorius est μουσάων quam μουσῶν.*

α ου Αἰνεία *pro* Αἰνείου. *Fit hoc in genitivis primae simplicium.*

α ει *κλαξῶ pro κλείσω* claudam: *κλᾶδας pro κλεῖδας* claves, *apud Theocritum.*

ε ει *δωρίσδεν pro δωρίζειν* dorem agere: *τύπτες pro τύπτεις* verberas.

η α *ὄρη pro ὄρα* vide.

η ᾳ *ζῆν pro ζᾶν* vivere: *γελῆς, γελᾷς*

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | | rides : πεινῆς , πεινᾶς esuris : διψῖς, διψᾶς sitis. *Alij tamen* ζῆν, πεινῆς, διψῆς *scribunt*, *et pro* ᾳ *substituunt* η. |
| ῃ | | ει | κοσμῆν *pro* κοσμεῖν ornare: καθεύδην *pro* καθεύδειν dormire, *apud Theocrit. Idyll.* 15. |
| η | | ει | λαβῆν *pro* λαβεῖν accipere. |
| ω | | ου | μῶσα *pro* μοῦσα: βωκόλος *pro* βουκόλος bubulcus : τὼς λύκως *pro* τοὺς λύκους lupos : λόγω *pro* λόγου sermonis. |
| ω | | ο | ὤρεα *pro* ὄρεα *seu* ὄρη, montes. |
| ω | | ε | ὤνεκα *pro* ἕνεκα propterea. |
| ο | pro | ου | τοὺς λύκος *pro* λύκους : τὰς παρθένος *pro* τὰς παρθένους virgines, *apud Theoc. Idyll.* 1. *et* 4. |
| αι | | ει | *Ut* αἰ *pro* εἰ, *et* αἴθε *pro* εἴθε utinam. |
| ευ | | ου | τείχευς *pro* τείχους muri: ποθεῦνται *pro* ποθοῦνται, desiderant *vel* desiderantur ; φιλεῦσι *pro* φιλοῦσι amant. *Fit hoc cùm* ου *ex* εο *vel* εου *contrahitur, ut in allatis exemplis ; vel cùm* ου *in verbis circumflectitur, quamvis non oriatur ex contractione; ut* ἅλλομαι salio*: futurum medium* ἁλοῦμαι, *doricè* ἁλεῦμαι. *Quod dores non tantum in futuro secundo medio, sed etiam* |

ευ pro ου *in primo faciunt; cùm enim futurum activum primum ipsi circumflectant, ut à* λανθάνω lateo, λησῶ *seu* λασῶ, *fit, ut secundum ipsos futurum primum medium non sit* λήσομαι *vel* λάσομαι, *sed* λασεῦμαι *pro* λασοῦμαι, *ut apud Theocritum Idyll. 4. Id tamen non est perpetuum. Nam apud Theocritum Idyll.* 14. *legitur* πλευσοῦμαι navigabo *à* πλέω, *forte cacophoniae vitandae caussâ, quae necessariò erat incurrenda, si poëta dixisset* πλευσεῦμαι. *Neque etiam semper circumflectunt futurum: hinc* ᾀσομαι canam, *apud Theocritum.*

οι pro ου τύπ7οισα *pro* τύπ7ουσα verberans. *Fit haec mutatio non tantùm in participiis femininis barytonorum, sed etiam in nominibus et verbis:* μοῖσα *pro* μοῦσα: ὑπακοίσω *et* ὑπάκοισον *pro* ὑπακούσω auscultabo, ὑπάκουσον ausculta, *apud Theocritum Idyll.* 7. *et* 11. *Eodem modo aeoles* ω, ευ, οι *pro* ου *ponunt.*

σδ pro ζ κωμάσδω *pro* κωμάζω lascivio: συρίσδω *pro* συρίζω cano fistulâ.

τ pro σ τὺ *pro* σὺ tu: *sic* ὑφίητι *pro* ὑφίησι submittit.

| | | | |
|---|---|---|---|
| σ | | θ | σεὸς *vel* σιὸς *pro* θεὸς Deus. *Hinc lacedaemonii per Dioscoros jurabant*, νὴ τὼ Σιὼ, *ut refert Plutarchus in Apopht. Laconicis.* |
| σ | | ν | τύπτομες *pro* τύπτομεν. *Fit hoc in primis personis pluralibus; et alibi, ut* ἧμες *pro* ἦμεν, *seu* εἶναι esse; *et* μὲς *pro* μὲν, *teste Corintho.* |
| ξ | *pro* | σ | κλαξῶ *pro* κλείσω claudam: ἐργαξῇ *pro* ἐργάσῃ laborabis. *Accidit hoc in futuris quae sigma habent.* |
| τ | | κ | τῆνος *pro* ἐκεῖνος *vel* κεῖνος, ille. |
| κ | | τ | πόκα, ὄκα *seu* ὄκκα *pro* ποτὲ *seu* πότε; *et* ὅτε *seu* ὅττε quando *et* aliquando, *indefinitè et interrogativè, cujus rei obvia sunt in Theocrito exempla.* |

*Utuntur etiam dores litteris geminatis, ubi alii simplicibus contenti sunt:* ὅττι *pro* ὅτι quod: ὅππη *pro* ὅπη ubi.

*Usurpant quoque casus plurales pro femininis singularibus:* καλαὶ *pro* καλὴ pulcra.

*Dicuntur etiam dores omittere jota subscriptum in* ᾳ, ῃ, ῳ; *sed hoc non fit semper, ut apud Theocritum videre licet.*

*Quod ad vocabula attinet, dubium non*

*est quin multa habuerint dores in sua lingua, quorum nullus apud alios fuerit usus, quod ipsum hodie in quavis itidem cujusvis linguae dialecto accidit, ut* ψὲ *pro* σφᾶς, *vel* ἀυτοὺς, *vel* ἀυτὰς: τὶν *pro* σοὶ: νὶν *pro* ἀυτὸν: ἡνίδε *pro* ἰδοὺ ecce: ὄλπις *pro* ἁλιεὺς piscator: κρῆς caro: αἶτος delubrum: πρῶξ ros *seu* gutta: αἱμακουρία inferiae; *et duabus vocibus in unam coëuntibus, ut* ὤξ *pro* ὁ ἐξ: ὥτερος *pro* ὁ ἕτερος: ὠπόλοι *pro* οἱ αἰπόλοι, *et alia hujus generis. Ceterùm ut doribus sua quaedam erant vocabula, ita quoque illos suos quosdam loquendi modos habuisse certum est.*

*Pronunciatione dores agnitos fuisse, colligitur ex Theocrito, Idyll.* 15. *ubi hospes quidam mulieres nonnullas doricè nimis garrulas reprehendens simul et irridens ait:*

Παύσασθ' ὦ δύστανοι ἀνάνυτα κωτίλλοισαι.
Τρυγόνες ἐκκναισεῦντι πλατυάσδοισαι ἅπαντα.
Desinite ô infelices immensùm garrientes.
Turtures stridunt lato ore pronunciantes omnia.

*Unde colligitur dores* πλατυάζειν, *id est,* lato et diducto ore loqui solitos, *maximè cùm suum illud* α *efferrent, cui rei fidem quoque facit interpres Theocriti in illum eumdem locum*: οἱ Δωριεῖς, *inquit*, πλατυστομοῦσι Dores os diducunt et explicant inter loquendum. *Et haec de dialecto dorica.*

*

## DIALECTUS AEOLICA.

*In multis cum doribus conveniunt aeoles. Immò credibile est multa doribus adscribi, quae fuerint aeolum: cujusmodi sunt genitivi illi,* μουσάων, ϖασάων: *itemque mutatio* ου *in* ω, μῶσα *pro* μοῦσα, λείπωσα *pro* λείϖουσα, ἰδῶσα *pro* ἰδοῦσα.

Ω *enim amasse videntur aeoles prae ceteris litteris, sicut dores* α, *et jones* η. *Hinc etiam* ὥμοιος *pro* ὅμοιος, *et quae apud Theocritum occurrunt,* ὤρεα *pra* ὄρεα montes: κώρη *pro* κόρη puella: κῶρος *pro* κόρος puellus.

*Interdum usurpant* ο *pro* ω: *ut* ἔρος, γέλος, ὀτειλὴ, ὄρα *pro* ἔρως amor; γέλως risus; ὠτειλὴ vulnus; ὥρα hora.

ππ *pro* μμ: *ut* ὄπϖατα *pro* ὄμματα oculi.

η *pro* ει: ἔλθην *pro* ἐλθεῖν, *retracto accentu: ipsorum enim est accentum in priores syllabas retrahere, ut* κάλος *pro* καλὸς pulcher: πόταμος *pro* ϖοταμὸς fluvius.

*Adspiratas dictiones efferunt spiritu tenui:* ἤλιος sol *pro* ἥλιος: ἤμᾶς nos: *quod etiam in compositis observant, ut* ἀπῆκε *pro* ἀφῆκε dimisit.

β *ponunt ante* ρ: βρόδον *pro* ῥόδον *rosa:* βράκη *pro* ῥάκη, ὁ ῥακος cento: βρίζα *pro* ῥίζα radix.

*Dictionibus in* ας *adjiciunt* ι: κάλαις *pro*

καλὰς: *μέλαις pro μέλας* niger: *τάλαις pro τάλας* miser.

*ε pro α* : *θέρσος pro θάρσος* audacia: *κρέτος pro κράτος* vis.

*θεν pro θα* : *τυπτόμεθεν*, *λεγόμεθεν pro τυπτόμεθα et λεγόμεθα*; *et similia apud Corinthum et alios.*

*Aoristus optativus aeolicus omnibus scriptoribus valdè frequens est; de quo suo loco.*

*Voces aeolum propriae istae adferuntur:* ἴα *pro μία* una: ψάφαξ *pro ψῆφος* calculus, *seu* suffragium: δρέκων vir: ἀκιρὰ debilis: πέζα pes: *et aliae nonnullae. De pronunciatione nihil certi liquet, nisi quod à dorica non multum discrepasse videtur.*

## DIALECTUS IONICA.

*Ionica dialectus η ferè ponit, ubi dorica α:* μούση musa, θεὴ dea, φιλίη amicitia, ἱστορίη historia.

*Amat praeterea ε: hinc* ἀδελφεὸς, ἐὼν, παρεὼν *pro* ἀδελφὸς frater, ὢν qui est, παρεὼν praesens. *Item* μνέα *pro* μνᾶ mina, ὁρέω *pro* ὁράω video, *et* γελέω *pro* γελάω rideo, ( *hinc apud Theocritum* γελεῦσα, *contractum quasi à* γελέουσα ) ἀληθέως verè, εὐσεβέως pie. *Et genitivi plurales primae et secundae declinationis*, δεσποτέων, μουσέων: *et* γέμμα *pro* γάμμα: τέσσερα *pro* τέσσαρα quatuor: ἔρσην *pro* ἄρσην vir.

α *pro* ε: μέγαθος *pro* μέγεθος magnitudo: τάμνω *pro* τέμνω seco: τράπομαι *pro* τρέπομαι vertor.

κ *pro* π: κῶς *pro* πῶς quomodo.

π *pro* φ: ἀπαιροῦμαι *pro* ἀφαιροῦμαι auferor.

*Fit hoc in compositione, in qua retinent jones* π, κ, τ, *ubi mutatio in adspiratas* φ, χ, ϑ *facienda esset. Quod etiam accidit in nonnullis simplicibus; ut* δέκομαι *pro* δέχομαι capio, suscipio: δεκόμεϑα *pro* δεχόμεϑα.

*Abstinet dialectus jonica à contractionibus*, ( ποιέω, βοάω ) *sicut è contrario iis maximè gaudet dialectus attica.*

*Voces quoque et modos loquendi proprios habuerunt, ut aliae dialecti; de quibus videri poterit Corinthus et Vergara lib.* 5. *cap.* 4. *Pronunciationem jonum jucundam et mollem fuisse, communis est omnium persuasio.*

## ATTICA DIALECTUS.

Σ *vertunt in* ξ *in praepositione* σὺν. *Hinc* ξυμφέρον *pro* συμφέρον utile: ξύμβολον *pro* σύμβολον symbolum.

*Duplex* ττ *pro duplici* σσ: ϑάλαττα *pro* ϑάλασσα mare: γλῶττα *pro* γλῶσσα lingua: *sic* τήμερον *pro* σήμερον hodie. *Hinc* Judicium vocalium, *elegans apud Lucianum dialogus*; *ubi* sigma *consonanti* tau *diem*

*dicit, et litem intendit ob multas dictiones injustè occupatas.*

*ρ pro σ:* θαῤῥεῖν *pro* θαρσεῖν confidere: *sic* ἀῤῥην, πόῤῥω *pro* ἄρσην vir, πόρσω procul.

*Voces atticorum proprias invenies apud auctores supra citatos: modos proprios loquendi habebis in syntaxi.*

*Pronunciationem atticam fuisse elegantissimam et pulcherrimam, nemo est qui dubitet: immò potior pars hujus dialecti in pronunciatione videtur fuisse sita, ut apparet etiam ex eò quod Theophrastus ipse ab anu quadam peregrinus judicatus fuerit, cùm verba nonnulla minùs atticè pronunciasset. Et haec de dialectis in genere sufficiant. Nam quae dialecti cuivis declinationi vel conjugationi accidant, suis semper locis notabitur.*

---

# CAPUT IV.

# DE NOMINE.

## ET DECLINATIONIBUS SIMPLICIBUS.

Declinationes dividuntur in simplices et contractas.

Simplices quinque sunt, quarum quatuor priores appellantur parisyllabae, quod obliqui syllabis rectum aequent, si vocabula declinentur sine dialectis et licentiis poëticis: ut Αἰνείας, Αἰνείου: τιμή, τιμῆς: λόγος, λόγου. Alias istae declinationes imparisyllabae erunt, cum aequè ac in quinta obliqui nonnulli nominativum numero syllabarum superent: Αἰνείας, Αἰνείαο: λόγος, λόγοιο. Sed dialectorum hîc nulla est habenda ratio.

Contractae declinationes etiam quinque sunt: de quibus sequenti capite.

# PRIMA DECLINATIO SIMPLICIUM.

Continet haec declinatio masculina tantùm in ας et ης: ὁ Αἰνείας *Aeneas*, ὁ ληστὴς *latro*, ὁ Χρύσης *Chryses*.

ANNOTATIO.

*Audiendi non sunt, qui huic declinationi communia tribuunt:* ληστὴς *enim (quod ipsi exemplum adferunt) generis masculini dumtaxat censeri debet; ut apud latinos* latro. *Nam nemo* ληστὴς κακὴ, *ut nec latinè* mala latro, *dixerit: quia illa nomina communis generis habenda tantum sunt, quae adjunctum seu adjectivum virile et muliebre admittunt. Quod si cum solo apposito masculino junguntur, generis masculini erunt, quidquid tandem significent. Qua de re lege, si placet, Emmanuelem in grammatica. Neque refert, quod Hesiodus* ἀήτας *feminino genere usurparit: non enim respexit ad masculinum* ἀήτης, *sed ad femininum* ἀήτη, *quod itidem* ventum *significat.*

**

# PARADIGMA PRIMAE

## DECLINATIONIS.

| Singularis | Dualis | Pluralis |
|---|---|---|
| N ὁ Αἰνείας, | N.A. τὼ Αἰνεία, | N. οἱ Αἰνεῖαι, |
| G. τοῦ Αἰνείου, | G.D. τοῖν Αἰνείαιν | G. τῶν Αἰνειῶν, |
| D. τῷ Αἰνείᾳ, | V. ὦ Αἰνεία. | D. τοῖς Αἰνείαις, |
| A. τὸν Αἰνείαν, | ...... | A. τοὺς Αἰνείας, |
| V. ὦ Αἰνεία. | | V. ὦ Αἰνεῖαι. |

Sing. ὁ Χρύσης, τοῦ Χρύσου, τῷ Χρύσῃ, τὸν Χρύσην, ὦ Χρύση.

In duali et plurali sicut Αἰνείας.

Genitivus singularis desinit in ου.

Multa nihilominus nomina in ας recepto jam more genitivum formant in α: Θωμᾶς *Thomas*: Λουκᾶς *Lucas*: Μηνᾶς *Menas*: Κηφᾶς *Cephas*: Φωκᾶς *Phocas*: Κοσμᾶς *Cosmas*: πᾶς, πᾶ, et πάππας, πάππα *pater*: πάπας, πάπα *Papa*.

Item appellativa quaedam: πατραλοίας *parricida*: μητραλοίας *matricida*: ὀρνιθοθήρας *auceps*: θυννοθήρας *thynnorum venator*: δευτερίας *secundus*, quamvis nonnulla horum in ου et α exeant: Πυθαγόρα et Πυθαγόρου: Ἀρχύτου et Ἀρχύτα: πατραλοίου et πατραλοία.

ANNOTATIO.

*Cum doricus hic genitivus in linguam*

*communem transierit in praedictis aliisque hujusmodi vocabulis ; fit ut quidam genitivo primae declinationis duplicem positionem , nempe ου et α tribuendam putent ; sed parum refert , sive unicam dumtaxat admittamus tamquam legitimam et ordinariam , alteram autem pro adventitia habeamus , sive utramque ordinariam esse arbitremur.*

Atticè vocativus similis est nominativo in omni declinatione.

Vocativus hujus declinationis communi lingua exit in α et η , justa terminationem recti : à quo etiam fit , ablato ς.

## EXCEPTIONES.

Excipiuntur primò nomina in της : horum enim vocativus desinit in τα , sive sint propria , sive appellativa : ὁ ἱππότης , ἱππότα *eques ;* ὁ τοξότης, τοξότα *jaculator :* ὁ προφήτης, προφῆτα *propheta.*

### ANNOTATIO.

H *retinent haec tria* , Αἰήτης Aeta , Αἰναρέτης Aenareta , Καλλιπέτης Callipeta : *quibus Antesignanus addit* Φιλοθερσίτης Philothersites : *cum tamen vocativus hujus vocis* Θερσίτης *desinat in* τα, *Iliad.* 2.

Excipiuntur secundò gentilia : ut ὁ Σκύθης ὦ Σκύθα *Scytha* : ὁ Πέρσης, ὦ Πέρσα *Persa*. Et poëtica in πης : ὁ κυνώπης, ὦ κυνῶπα *impudens* ; et quae similis sunt compositionis. Et nomina in στης : Ὀρέστης, Ὀρέστα *Orestes* : Θυέστης, Θυέστα *Thyestes* : πελταστὴς, πελταστὰ *peltatus* seu *cetratus* : ἀκοντιστὴς, ἀκοντιστὰ *jaculator* : ληστὴς, ὦ ληστὰ *latro* ; licet haec alterum quoque vocativum in η admittant.

Praedictis adde, ὁ λάγνης *lascivus* ; ὁ Πυραίχμης *Pyraechmes* ; ὁ Μεναίχμης *Menaechmes* : ὦ λάγνα, ὦ Πυραῖχμα, ὦ Μεναῖχμα.

Excipiuntur tertiò nomina composita à verbis μετρῶ *metior* ; τρίβω *tero* ; πωλῶ *vendo* : ὁ γεωμέτρης, ὦ γεωμέτρα : ὁ βιβλιοπώλης, ὦ βιβλιοπῶλα : ὁ παιδοτρίβης, ὦ παιδοτρίβα.

ANNOTATIO.

*Hos vocativos in α usurpant attici et poëtae pro nominativis. Hom. Iliad.* 2.

Αὐτὰρ ὁ αὖτε Θυέστ' Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι.

Sed rursus Thyestes Agamemnoni concessit gestare. *Et Iliad.* 1.

Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς.

Hanc respondens allocutus est nubes cogens Jupiter.

*Ubi* Θυέστ' *et* νεφεληγερέτα *ponuntur pro nominativis* Θυέστης καὶ νεφεληγερέτης : *quorum*

*imitatione dicunt latini*, propheta, poëta, geta, scytha, bibliopola; *licet etiam* prophetes, scythes *dici possit, sed minus usitatè.*

*Neque hoc latini olim in his tantùm vocativis, sed in aliis quoque sibi permittebant. Hinc* Sosia, Pelia, Aenea, Anchisa, *et similes nominativi à vocativo graeco, pro* Sosias, Pelias, Aeneas, Anchises. *Vide Emmanuelem in prima nominum declinatione.*

*Multa nomina hujus primae declinationis graecorum sequuntur apud latinos primam et tertiam declinationem; ut* Orestes, Pylades, Pelides, *et similia.*

## DE DIALECTIS PRIMAE DECLINATIONIS.

*Doricè declinatur* Χρύσης, *ut* Αἰνείας: *jonicè verò* Αἰνείας, *ut* Χρύσης.

*Genitivus singularis exit in* ου *communiter, doricè in* α: *at aeolicè in* αο, *jonicè in* εω, *accentu in antepenultima si nominativus sit paroxytonus;* Πηλείδης, Πηλείδεω: *si verò sit oxytonus, genitivus aeolicus atque jonicus erit paroxytonus;* ποιητὴς, ποιητοῦ, ποιητέω. *Poëticè in* ω, *per crasin jonici genitivi;* Πηλείδω. Βορέω

*apud Hesiodum in Theogonia ponitur per syncopen pro* Βορέεω , *ab jonico nominativo* Βορέης *pro* Βορέας Boreas.

*Genitivus pluralis doricè exit in* ᾶν , ( Πηλειδᾶν ) *aeolicè in* αων , *jonicè in* εων.

*Dativus jonice in* ης , ( Πηλείδης ) *quia* αι *communis mutatur in* η *atticè et jonicè* , Πηλείδαισι *vel* Πηλείδησι. *Nam dativis pluralibus in* ς *additur jota.*

*Accusativus jonicè nonnumquam habet* εας : δεσπότεας *ab jonico singulari* δεσπότεα: *vertunt enim jones* η *accusativi in* α , *abjecto* ν: *hinc apud Herodot. legimus* Ξέρξεα *pro* Ξέρξην.

*Est autem eadem dialectorum ratio in genitivo et dativo plurali secundae declinationis. Quae dialectorum varietas et pro poëtis intelligendis , et pro carminibus pangendis , diligenter est notanda , simulque ( ut hoc obiter addamus ) pro carminum dimensione advertendum , illud* ε *jonicum in singulari et plurali ferè semper* συνίζησιν *pati ; ut in primo statim Homeri versu.*

---

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.
Iram cane Dea Pelidae Achillis. *Et Iliad. 2.*
Πολλέων ἐκ πολίων ἐγχέσπαλοι ἄνδρες ἔασιν.
Multis ex civitatibus milites viri sunt.

*Id tamen non est perpetuum : saepe enim constituit illud ε unam syllabam.*

## SECUNDA DECLINATIO

### SIMPLICIUM.

TANTUM feminina habet in α et η: ἡ μοῦσα *Musa* : ἡ ἁγία *sancta* : ἡ καθαρὰ *pura* : ἡ τιμὴ *honor* : ἡ νίκη *victoria*.

| Singularis | Dualis | Pluralis |
|---|---|---|
| N. ἡ Μοῦσα, | N.A. τὰ Μούσα, | N. αἱ Μοῦσαι, |
| G. τῆς Μούσης, | G.D. ταῖν Μούσαιν, | G. τῶν Μουσῶν, |
| D. τῇ Μούσῃ, | V. ὦ Μούσα. | D. ταῖς Μούσαις, |
| A. τὴν Μοῦσαν, | ...... | A τὰς Μούσας, |
| V. ὦ Μοῦσα. | | V. ὦ Μοῦσαι. |

Sic. ἡ τιμη, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ, τὴν τιμὴν, ὦ τιμή.

Finita in δα, θα, ρα, et α purum ( hoc est, quae ante se habent vocalem aut diphthongum ) retinent α in toto singulari: ut Δηδα, Δήδας, Δήδᾳ, *Leda* : Μαρθα, Μάρθας, Μάρθᾳ, *Martha* : ἡμέρα, ἡμέρας, ἡμέρᾳ, *dies* : φιλία, φιλίας, φιλίᾳ, *amicitia*. His adde Ἀθηνᾶ, Ναυσικᾶ, μνᾶ, contracta ex Ἀθηνάα *Minerva*, Ναυσικάα *Nausica*, μνάα *mina*.

# DE DIALECTIS SECUNDAE DECLINATIONIS.

*Genitivus et dativus pluralis easdem dialectos recipiunt, quas genitivus et dativus primae. Cetera nota sunt ex supradictis.*

*Poëtae multa hujus declinationis nomina augent adjectione syllabae* φι *vel* φιν: *idque non modo in recto, sed etiam in obliquis; neque in singulari tantùm, sed in plurali quoque, abjecta consonante, si quae in obliquis occurrat. Sunt autem hujusmodi nomina indeclinabilia, eorumque casus et numeri ferè solâ orationis sententiâ discerni possunt. Et nonulla quidem in* α *vertunt suum* α *in* η *more jonico; alia ipsum retinent, ut vides in subjectis exemplis.*

| | | |
|---|---|---|
| ἑτέρα, | altera, | ἑτέρηφι. |
| νευρὰ, | nervus, | νευρῆφι. |
| θύρα, | janua, | θύρηφι. |
| βία, | vis, | βίηφι. |
| Οὐρανία, | Urania, | Οὐρανίαφι. |
| ἔνη, | prima mensis, | ἔνηφι. |
| ἐσχάρα, | focus, | ἐσχάραφι. |
| ἀγέλη, | grex, | ἀγέληφι. |
| εὐνή, | cubile, | εὐνῆφι. |

*Nam oxytona mutant acutum in circumflexum. Dixi autem in obliquis abjici conso-*

*nantem, ut hic in quibusdam cernere licet.* ἀπὸ νευρῆφι *pro* ἀπὸ νευρῆς, *Iliad.* Θ. è nervo. ἐξ εὐνῆφι *pro* ἐξ εὐνῆς, *Odyss.* β. è cubili. ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφι *pro* φαινομένῃ, *Odyss.* ζ. cum aurora. ἐν χειρὶ δεξιτερῆφι, *Odyss.* ο. *pro* δεξιτερῇ *vel* δεξιτερᾷ in manu dextra. ἐς τ' αὔριον, ἐς τ' ἔννηφι *pro* ἐς τ' ἔννην, *Hesiod.* in crastinum, et perendinum. *Videtur interdum* α *mutari in* ο, ἐπ' ἐσχαρόφι *pro* ἐπ' ἐσχάρα, *Odyss.* ε. super foco: *et Iliad.* ν. παρ' αὐτόφι *pro* παρ' αὐτᾶς apud ipsas.

*Quaedam vocabula hujus declinationis apocopen patiuntur*, γλὴν *pro* γλήνη pupilla: κρῖ *pro* κριθὴ hordeum.

## TERTIA DECLINATIO

### SIMPLICIUM.

Continet masculina, feminina, et communia in ος: ὁ ἄνθρωπος *homo*: ἡ ὁδὸς *via*: ὁ καὶ ἡ ὄνος *asinus*, ἵππος *equus*: et ex adjectivis ὁ καὶ ἡ χρήσιμος *utilis*: φρόνιμος *prudens*: et similia.

Neutra habet in ον: τὸ ξύλον *lignum*: τὸ ζῶον *animal.*

Excipe ἄλλο *aliud*; τηλικοῦτο *tantum*, τοιοῦτο *tale*; τοσοῦτο *tantum*: et ex pronominibus τοῦτο, ἐκεῖνο, αὐτό; quae neutra cùm sint, non desinunt in ν; sicut ex articulis τὰ καὶ ὅ.

ANNOTATIO.

*Legimus non rarò apud Isocratem et alios* τοιοῦτον *tale et* τοσοῦτον tantum, *potissimùm sequente vocali. Reperitur etiam saepè apud Aristotelem et alios* ταυτὸν idem *pro* τὸ αὐτό: *et apud Aristoph.* τουτονὶ *pro* τοῦτον.

# PARADIGMA TERTIAE DECLINATIONIS.

| Singularis | Dualis | Pluralis |
|---|---|---|
| N. ὁ λόγος, | N. A. τὼ λόγω, | N. οἱ λόγοι, |
| G. τοῦ λόγου, | G. D. τοῖν λόγοιν, | G. τῶν λόγων, |
| D. τῷ λόγῳ, | V. ὦ λόγω. | D. τοῖς λόγοις, |
| A. τὸν λόγον, | ~~~ | A. τοὺς λόγους, |
| V. ὦ λόγε. | | V. ὦ λόγοι. |

Sic ἡ ὁδὸς *via*: ὁ καὶ ἡ ἔνδοξος *gloriosus*.

Neutrum τὸ ξύλον, τοῦ ξύλου, τῷ ξύλῳ, τὸ ξύλον, ὦ ξύλον.

Dual. ut in masculino.

Plur. τὰ ξύλα, τῶν ξύλων, τοῖς ξύλοις, τὰ ξύλα, ὦ ξύλα.

Neutrorum tres casus semper sunt similes, nominativus, accusativus, et vocativus, qui in plurali in α exeunt.

# DIALECTI HUJUS

## DECLINATIONIS.

*Genitivus singularis jonicè* οιο, λόγοιο, *doricè* ω, τοῦ λόγω. *Genitivus dualis* οῖιν: λογοῖιν. *Dativus pluralis* οισι, λόγοισι. *Accusativus doricè* ως *et* ος, τοὺς λόγως καὶ λόγος.

*Additur quoque nonnullis hujus declinationis vocabulis in* ος *et* ον, φι *seu* φιν, *abjectis priùs litteris* ς *et* ν, *suntque indeclinabilia in omnibus casibus et numeris, et paroxytona; quorum exempla quaedam hic subjicimus.*

| | | |
|---|---|---|
| στρατὸς, | exercitus, | στρατόφι. |
| δεξιὸς, | dexter, | δεξιόφι. |
| χαλκὸς, | aes, | χαλκόφι. |
| πόντος, | mare, | πογτόφι. |
| ὀστέον, | os, ossis, | ὀστεόφι. |
| δάκρυον, | lacryma, | δακρυόφι. |
| ἴκριον, | tabulatum, | ἰκριόφι. |

## EXEMPLA OBLIQUORUM.

| | | |
|---|---|---|
| ἐκ ποντόφι | pro | ἐκ πόντου ex mari. *Om. Od.* ω. |
| ἀπὸ στρατόφι | | ἀπὸ στρατοῦ ab exercitu. *Il.* κ. |
| ἐπ' ἰκριόφι | | ἐπ' ἰκρίῳ in tabulato. *Od.* γ. |
| ἀπ' ὀστεόφιν | | ἀπὸ τῶν ὀστῶν ab ossibus. *Od.* ξ. |
| τοῖς δακρυόφι | | δακρύοις lacrymis. *Od.* ε. |
| ἀμφ' ὀστεόφιν | | ἀμφὶ τὰ ὀστὰ circa ossa. *Od.* π. |

*Quaedam nomina hujus declinationis*

*patiuntur quoque apocopen*, ἄλφι *pro* ἄλφιτον farina: κάρα *pro* κάρηνον caput: ἔρι *pro* ἔριον lana: γλάφυ *pro* γλαφυρὸν antrum.

# QUARTA DECLINATIO

## SIMPLICIUM.

Haec declinatio atticorum propria est. Eadem continet genera, quae tertia.

Terminationes ως et ων, quarum haec neutrorum est: ὁ Μενέλεως *Menelaus*: ἡ ἅλως *area*: ὁ καὶ ἡ εὔγεως *fertilis*, τὸ εὔγεων in plurali τὰ εὔγεω.

Vocativus ubique similis est nominativo.

## PARADIGMA QUARTAE.

| Singularis | Dualis | Pluralis |
|---|---|---|
| N. ὁ Μενέλεως, | N.A. τὼ Μενέλεω, | N. οἱ Μενέλεῳ, |
| G. τοῦ Μενέλεω, | G.D. τοῖν Μενέλεῳν, | G. τῶν Μενέλεων |
| D. τῷ Μενέλεῳ, | | D. τοῖς Μενέλεῳς |
| A. τὸν Μενέλεων, | V. ὦ Μενέλεω. | A. τοὺς Μενέλεως |
| V. ὦ Μενέλεως. | | V. ὦ Μενέλεῳ. |

Sic ἡ ἅλως, τῆς ἅλω, τῇ ἅλῳ.
ὁ καὶ ἡ εὔγεως *fertilis*, τοῦ καὶ τῆς εὔγεω.
τὸ εὔγεων *fertile*. Plur. τὰ εὔγεω.

Unum est neutrum in ως, τὸ χρέως, τοῦ χρέω *debitum*: pro quo dicimus etiam τὸ χρεὼν, accentu in ultima; et duo in ω, ἀγήρω *senii expers*, et ἐπίπλεω *plenum*; illud

apud Philonem, hoc apud Plutarchum.

Quinque formant accusativum sine ν: ὁ Ἄθως, τὸν Ἄθω *Atho mons*: ἡ ἕως, τὴν ἕω *aurora*: ἡ Κέως, τὴν Κέω *Ceos insula*: ἡ Κῶς, τὴν Κῶ *Cos insula*: ὁ λαγὼς, τὸν λαγὼ *lepus*. Quaedam tamen ex his, imò pleraque, admittunt ν in accusativo: τὸν Ἄθων apud Herodot. et τὸν λαγὼν apud Plutarch. et alia apud alios.

## ANNOTATIO.

*Praedictis addunt nonnulli* ὁ καὶ ἡ ἵλεως, τὸν καὶ τὴν ἵλεω propitius: ὁ καὶ ἡ ἀγήρως, τὸν καὶ τὴν ἀγήρω senii expers: ὁ πλέως, τὸν πλέω plenus, *cùm compositis* ἔκπλεως, ἀνάπλεως, ἐπίπλεως. *Item* τὸν Μενέλεω, τὸν Τυνδάρεω, *et in sacris litteris Ruth. cap.* 3. τὸν ἅλω: *ponitur enim eo loci* ἅλω *et* ἅλον *masculinè. His annumerant aliqui* τὸν γέλω *pro* γέλων, ὁ γέλως risus: *quamvis quae per quintam declinationem etiam inflectuntur, videantur potius ex apocope nata; ut* τὴν *vel* τὸν ἅλω *pro* ἅλωνα, τὸν γέλω *pro* γέλωτα, *et sic de reliquis.*

*Genitivus singularis desinit poeticè in* ωο: ὁ Μίνως, Μινῶο Minos: ὁ Ἀνδρόγεως, Ἀνδρογεῶο Androgeos: *quidam subscribunt jota*, Μινῷο, Ἀνδρογεῷο. *Pertinent autem ad hanc declinationem praecipuè composita* ὁ κέρας cornu, γέα *seu* γαῖα terra, χρέως debitum,

*et* κρέας caro: ὁ καὶ ἡ δίκερως bicornis: ὁ καὶ ἡ πολύκερως multicornis: ὁ καὶ ἡ μονόκερως unicornis: ὁ ῥινόκερως rhinoceros: ὁ καὶ ἡ βαθύγεως profundam terram habens: ὁ καὶ ἡ εὔγεως fertilis: τὸ ἀνώγεων coenaculum; *quasi* ἄνω τῆς γῆς supra terram: ὁ καὶ ἡ ἀξιόχρεως fide dignus: ὁ ὑπόχρεως debitor: ὁ καὶ ἡ ἡδύκρεως suavem carnem habens.

Ναὸς templum, *et* λαὸς populus, *cum suis compositis tertiae declinationis, mutant hic* α *longum in* ε: λεὼς, νεὼς, Μενέλεως, νεώφυλαξ.

*Servant porrò latini interdum casus hujus declinationis atticae, Aeneid.* 6. In foribus letum Adrogeo. *Et* 1. *Georg.* Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo Dejicit. *Et* 1 *Cor.* 1. Ego quidem sum Pauli, ego verò Apollo, *ubi* Apollo *genitivus atticus est à recto* Ἀπολλὼς, *de quo Actor.* 18. *Usurpavit Mela lib.* 2. *dativum* Atho, *et Plinius accusativum* Athon.

*Aliquando tamen declinantur haec nomina apud latinos per quintam declinationem*; Atho, Athonis. *Cic.* 2. *de Finibus:* Hellesponto juncto, Athone perfosso, maria ambulasset. *Vide Emmanuelem annotat. ad secundam declinationem.*

---

# QUINTA DECLINATIO
## SIMPLICIUM
### IMPARISYLLABA.

Complectitur haec declinatio omnia genera, et terminationes plurimas, cujus hoc est commune paradigma.

| Singularis | Dualis | Pluralis |
|---|---|---|
| N. ὁ τιτὰν, | N.A. τὼ τιτᾶνε, | N. οἱ τιτᾶνες, |
| G. τοῦ τιτᾶνος, | G.D. τοῖν τιτάνοιν | G. τῶν τιτάνων, |
| D. τῷ τιτᾶνι, | V. ὦ τιτᾶνε. | D. τοῖς τιτᾶσι, |
| A. τὸν τιτᾶνα, | | A. τοὺς τιτᾶνας, |
| V. ὦ τιτὰν. | | V. ὦ τιτᾶνες. |

Neutra exeunt in α in plurali: τὰ καὶ ὦ ἄστεα *urbes*.

ANNOTATIO.

*Ut terminationes hujus declinationis, et formationes genitivi facilè percipiantur, et memoriâ retineantur, deligenter initio proponendae et cognoscendae sunt litterae, quas vocant terminales, quarum numerantur novem; quatuor vocales, α, ι, υ, ω: et quinque consonantes, ν, ξ, ρ, σ; ψ. Omne ergò nomen graecum quintae declinationis in aliquam ex istis exit. Nam barbara et peregrina hic non moramur,* Γαβριὴλ, Μιχαὴλ, Ἀδὰμ.

*Consuletur verò non parum memoriae, si ordinem alphabeti sequamur, non tantùm in litteris ultimis, sed etiam in illis vocalibus et diphthongis, quae proxime terminalem consonantem antecedunt.*

α { *ατος: τὸ βῆμα, βήματος gradus, tribunal.* ἄλφα, βῆτα, γάμμα, et similia litterarum nomina indeclinabilia sunt.

ANNOTATIO

*Non rarò tamen audias viros doctos* duo gammata *vel* sigmata *dicere. ε, υ, ο, ω declinantur ratione adjectivi adjuncti, quod est ψιλὸν, μικρὸν, μέγα.*

*Indeclinabilia quoque sunt nomina in α ex apocope nata: τὸ ἄλειφα pro ἄλειφαρ* pinguedo: *ὕφα pro τὸ ὕφασμα* textura: *σκέπα pro τὸ σκέπασμα* tegmen.

ι { *ιτος: τὸ μέλι, μέλιτος mel*; cum compositis *οἰνόμελι vinum mulsum, ὀξύμελι acetum mulsum, ὑδρόμελι aqua mulsa.*
Adjectiva neutra in ι sequuntur leges masculinorum, *εὔχαρι, εὐχάριτος gratum: φιλόπατρι amans patriae, φιλοπάτριδος.*
Sic τὶ, τινὸς *aliquod* vel *aliquid.*
*ιος: τὸ σίνηπι, σινήπιος sinapi.* Hoc tamen ajunt esse non graecum, sed barbarum; sicut etiam κόμμι, κιννάβαρι, et πέπερι.

ANNOTATIO.

*Alia in ι ex apocope indeclinabilia sunt:* ἄλφι *pro* ἄλφιτον farina, puls: τρόφι *pro* τρόφιμον alimentum praebens: ἔρι *pro* ἔριον lana. *Neque spectant ad quintam, sed ad tertiam. Sunt autem omnia nomina quintae in α et ι generis neutri.*

υ { υος: τὸ γόνυ, γόνυος *genu*: δόρυ, δόρυος *hasta*.
εος: τὸ ἄστυ, ἄστεος *urbs*: ἡδὺ, ἡδέος *suave*: τὸ πῶϋ, πώεος *grex ovium*. }

ANNOTATIO.

*Quae in* υος, *quae verò in* εος *genitivum forment, usu discendum est. Nam quod ajunt substantiva in* υ *penultimam corripientia habere* υος, *penultimam verò producentia* εος, *verum quidem est; sed quid facies, si vox cum vocali ancipiti ante mutam et liquidam occurrat, ut* δάκρυ lacrima? *Certè ad usum hic confugiendum erit, qui te docebit vocem hanc formare genitivum in* υος, τὸ δάκρυ, δάκρυος.
*Hinc quoque rejicienda sunt ex apocope facta; ut* γλάφυ *pro* γλαφυρὸν rotundum: *non enim huc pertinent.*

{ ω, όος: ἡ Λητώ, Λητόος, Λητοῦς Latona.

## ANNOTATIO.

*Pertinent haec ad quartam contractorum, et ferè sunt nomina propria mulierum:* ἡ Μαντὼ, Μαντόος. *Rejice hinc illud* δῶ domus *pro* δῶμα.

ᾶν { ανος: ὁ παιὰν, παιᾶνος *paean*: ὁ τιτὰν, τιτᾶνος *Titan*: ὁ Πὰν, Πανὸς *Pan, Deus pastorum;* et neutra μέλαν *nigrum*, τάλαν *miserum*.
αντος: τὸ τύψαν, τύψαντος *quod verberavit*: et similia participia aoristi primi activi; vel praesentis temporis, et aoristorum secundae conjugationis verborum in μι, ( στὰν, στάντος *quod stetit* ) cum nomine πᾶν, παντὸς *omne*.

εν { ενος: τέρεν, τέρενος *tenerum*.
εντος: χαρίεν, χαρίεντος *gratiosum*.
Sic participia in εν: τυφθὲν, τυπὲν *verberatum*: τιθὲν *ponens*, θὲν *quod posuit*.
Omnia in εν sunt generis neutri.

ην { ηνος: ὁ ἕλλην, ἕλληνος *graecus*: ἡ Σειρὴν, Σειρῆνος *Siren*.
ενος: ὁ ποιμὴν *pastor*, ποιμένος. ἡ φρὴν *mens*, φρενὸς: ὁ τέρην, τέρενος *tener*.

ιν { ινος: ὁ δελφὶν, δελφῖνος *delphinus*: ἡ ἀκτὶν, ἀκτῖνος *radius*.

ον { ονος: τὸ μεῖζον *majus*, μείζονος. Neutra haec sunt à masculinis comparativis in ων.

ον

*ονῖος*: τὸ τύπτον, τύπτοντος *verberans*: praesentis temporis, vel aoristi secundi, vel futuri primi barytonorum vocis activae; vel praesentis temporis, et aoristi secundi verborum in *μι* tertiae conjugationis.

*οδος*: τὸ δίπουν, δίποδος *bipes*.

ουν

*ουντος*: τὸ τιποῦν, τυποῦντος *verberaturum*.

Neutra sunt haec omnia: illa composita ex πούς; haec verò participia futuri secundi activi, vel primi etiam in quinta conjugatione, vel praesentis in prima et tertia circumflexorum, aut sanè adjectiva et contracta ex όεν, quorum masculina όεις, ut ῥοδόεις, ῥοδοῦν, ῥοδοῦντος roseus.

υν

*υνος*: ὁ μόσυν, μόσυνος *turris* vel *domus lignea*.

*υντος*: τὸ ζευγνὺν, ζευγνύντος *jungens*: praesentis temporis, quartae conjugationis verborum in *μι*.

ων

*ωνος*: ὁ κλὼν, κλωνὸς *ramus*: ὁ αἰὼν αἰῶνος *aevum*: ὁ Πλάτων, Πλάτωνος *Plato*.

*ονος*: ὁ πρίων, πρίονος *serra*: ἡ χελιδὼν, χελιδόνος *hirundo*: et communia, ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων καὶ τὸ εὔδαιμον *felix*. Sic comparativa, ὁ καὶ ἡ κρείσσων, κρείσσονος *melior*.

*ῶντος*: ὁ Ξενοφῶν, Ξενοφῶντος Xe-

*nophon*: ὁ βοῶν, βοῶντος *clamans*; et similia participia praesentis activi secundae circumflexorum.

αν

οντος: δράκων, δράκοντος *draco*: et participia barytonorum praesentis temporis, vel aoristi secundi, vel futuri primi vocis activae: ὁ τύπτων, τύπτοντος *verberans*.

οῦντος: ὁ τυπῶν, τυποῦντος *verberaturus*; cùm reliquis participiis futuri secundi activi, vel praesentis in prima et tertia circumflexorum.

ξ

κος: ὁ θώραξ, θώρακος *thorax*: ἡ κύλιξ, κύλικος *calix*: ἡ ἀλώπηξ, ἀλώπεκος *vulpes*; mutato η in ε.

γος: ὁ ἅρπαξ, ἅρπαγος *rapax*.

χος: ἡ θρὶξ, τριχὸς *capillus*; substituto τ pro θ, quod fit propter sequentem adspiratam χ. In dativo plurali rursus assumit θ (θριξὶ;) non enim sequitur adspirata, sed ξ.

κτος: ὁ ἄναξ, ἄνακτος *rex*: ἡ νὺξ, νυκτὸς *nox*.

αρ

αρος: ὁ μάκαρ, μάκαρος *beatus*: ἡ δάμαρ *uxor*: τὸ νέκταρ *nectar*.

ατος: τὸ ἧπαρ, ἥπατος *hepar*: τὸ δέλεαρ *esca*. Indeclinabilia sunt τὸ μῶμαρ *stultus*, et τὸ ὄναρ *somnium*.

ειρ

ειρος: ὁ φθεὶρ, φθειρὸς *pediculus*: ἡ χεὶρ, χειρὸς *manus*: ὁ καὶ ἡ ἀντίχειρ *pollex*.

## ANNOTATIO.

*Sed utrum sit communis generis* ἀντίχειρ, *non convenit inter omnes*; *sunt enim qui putent* ἀντίχειρ, *cùm* pollicem *significat*, *potiùs esse masculinum*, *quam femininum*; *subaudito nomine* δάκτυλος digitus: *sic* ὁ καὶ ἡ πολύχειρ multimanus.

ηρ:

ηρος: ὁ Σὴρ, Σηρὸς *Ser populus*, et *vermis nens sericum*: ὁ λουτὴρ, λουτῆρος *pelvis*: τὸ κῆρ, κηρὸς *cor*: ἡ κὴρ, κηρὸς *sors*, *fatum*.

ερος: ὁ αἰθὴρ, αἰθέρος *aether*: ὁ πατὴρ, πατέρος, πατρὸς *pater*: ἡ μήτηρ, μητέρος, μητρὸς *mater*: ἡ γαστὴρ, γαστέρος, γαστρὸς *venter*: et similia quae syncopen patiuntur; è quibus etiam est ὁ ἀνὴρ, ἀνέρος, ἀνδρὸς *vir*. Vide infra caput VII. post medium.

ορ:

ορος: τὸ ἦτορ, ἤτορος *cor*, *animus*: et quod inde componitur, ὁ καὶ ἡ μεγαλήτωρ *magnanimus*.

υρ:

υρος: ὁ ψίθυρ, ψιθύρος *susurro*: ὁ καὶ ἡ μάρτυρ, μάρτυρος *testis*: τὸ πῦρ, πυρὸς *ignis*.

ωρ:

ωρος: ὁ φὼρ, φωρὸς *fur*: ὁ ἰχὼρ, ἰχῶρος *humor*, *sanies*: τὸ ἔλωρ, ἔλωρος *captura*.

ορος: ὁ Νέστωρ, Νέστορος *Nestor*: ὁ καὶ ἡ ἀπάτωρ *sine patre*: ὁ καὶ ἡ ἀμήτωρ *carens matre*. Excipe τὸ ὕδωρ, ὕδατος *aqua*, quasi ab ὕδας.

ας

αντος: ὁ Αἴας, Αἴαντος *Ajax*: ὁ πᾶς, πάντὸς *omnis*; cum compositis ἅπας, σύμπας *omnis*: ὁ τύψας, τύψαντος *qui verberavit*: ὁ ἱστὰς, ἱστάντος *stans*, στὰς, στάντος, et similia participia.

ανος: ὁ μέλας, μέλανος *niger*: ὁ τάλας, τάλανος *miser*.

αδος: ἡ λαμπὰς, λαμπάδος *lampas*: ἡ μονὰς, μονάδος *unitas*.

ατος: τὸ γῆρας, γήρατος *senectus*: τὸ κέρας, κέρατος *cornu*.

αος: ὁ λᾶας, τοῦ λάαος *lapis*: ὁ λᾶς, λαὸς *lapis*.

αις

αιτὸς: ἡ δαὶς, δαιτὸς *convivium*: τὸ σταὶς, σταιτὸς *farina aqua subacta*.

αιδος: ὁ καὶ ἡ παῖς, παιδὸς *puer*, *puella*; cum compositis ἄπαις *sine liberis*, εὔπαις *felix liberis*.

αυς

αος: ἡ ναῦς ( jonice νηῦς, et diaeresi νηῢς, genit. νηὸς, et sic per reliquos casus. ), ναὸς *navis*, vel νεὼς, quamvis alii hunc genitivum forment à recto νεῦς: sic γραῦς *anus*, *vetula*. In prosa verò hae terminationes à nom. ναῦς usitatiores habentur, gen. νεὼς, dat. νηΐ, acc. ναῦν; et plurali nom. νῆες, gen. νεῶν, dat. ναυσὶ, acc. ναῦς.

ες

εος: τὸ ἀληθὲς, ἀληθέος *verum*. Neutra sunt haec à communibus in ης primae contractarum.

εις { ενος: ὁ κτεὶς, κτενὸς *pecten.* Sic εἷς, ἑνὸς *unus*; cum compositis μηδεὶς, οὐδεὶς *nullus.*
εντος: ὁ Σιμόεις, Σιμόεντος *Simois, nomen fluvii*: ἡ Ὀπόεις, Ὀπόεντος *Opus, nomen urbis*: ὁ χαρίεις, χαρίεντος *gratiosus*: ὁ τυφθεὶς, τυφθέντος, τυπεὶς, τυπέντος *qui verberatus est*: ὁ τιθεὶς, τιθέντος *ponens*, ὁ τεθεὶς, τεθέντος *positus.* }

Excipe ἡ κλεὶς *clavis*, τῆς κλειδὸς, τῇ κλειδὶ, τὸν κλεῖδα καὶ κλεῖν: et in plurali κλεῖς *claves.* Matth. 16.

ευς { εος: ὁ βασιλεὺς, βασιλέος *rex*: jonicè βασιλῆος, atticè βασιλέως. }

ης { ητος: ὁ λέβης, λέβητος *lebes*: ἡ ἐσθής, ἐσθῆτος *vestis*: ἡ κακότης, κακότητος *malitia*: ἡ ἀστειότης, ἀστειότητος *urbanitas*: ἡ δριμύτης, δριμύτητος *acrimonia*: et similia infinita ab adjectivis in ος vel in υς.
ηντος: ὁ τιμῆς, τιμῆντος *honoratus*: ὁ δαφνῆς, δαφνῆντος *laureus*: quae sunt contracta ex τιμήεις, δαφνήεις.
εντος: ὁ Κλήμης, Κλήμεντος *Clemens.*
εος: ὁ Δημοσθένης, Δημοσθένεος *Demosthenes*: ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς *verus, vera*: et similia plurima adjectiva primae declinationis contractarum. }

ις { ιος: ἡ πόλις, πόλιος *civitas*: ὁ λὶς, λιὸς *leo.*
ιδος: ὁ Πάρις, Πάριδος *Paris*: ἡ

ις { κρηπὶς, κρηπῖδος *basis, crepida, crepido*: ἡ θέμις, θέμιδος *jus, fas.*
ιτος: ἡ χάρις, χάριτος *gratia*, cum compositis εὔχαρις *gratus*, ἄχαρις *ingratus.*
ιθος: ὁ καὶ ἡ ὄρνις, ὄρνιθος *avis.*
ιστος: ἡ θέμις, θέμιστος, sic χάρις, χάριστος, et χάριδος, praeter χάριτος. }

ANNOTATIO.

*Rident nonnulli Antesignanum propter duos hos genitivos nominis* χάρις: *sed cum Lascaris et alii non ignobiles auctores illos agnoscant, non est cur ridentes magnopere curemus.*

ις { ινος: ὁ καὶ ἡ τὶς, τινὸς *aliquis*, indefinitum: τίς, τίνος *quis?* interrogativum. Sic ὁ δελφὶς, δελφῖνος *delphinus*: ἡ ἀκτὶς, ἀκτῖνος *radius.* }

ANNOTATIO.

*Cum articulo postpositivo* ὅς *componitur* τὶς *per omnes numeros, casus, et genera:* ὅστις, ἥτις, ὅ, τι, quis, quae, quod; οὕτινος, ἧστινος, οὕτινος, et *sic per omnes casus. Declinatur autem utraque pars compositionis; recipitque* ὅστις *praeter dialectos tertiae et secundae declinat etiam peculiares quasdam: nam pro* οὕτινος *et* ᾧτινι,

*dicunt attici* ὅτου *et* ὅτῳ, *et jones* ὅτεο, ὅτεῳ, *poetae* ὅττεο, *dores* ὅτευ. *Gen. plur. jon.* ὁτέων, *Dat.* ὁτέοισι.

os
- έος: τὸ τεῖχος, τείχεος *murus*, cum multis aliis substantivis primae contractarum.
- οτος: τὸ τετυφὸς, τετυφότος *quod verberavit*; et similia participia praeteriti activi et medii. Omnia verò hujus declinationis in *os* neutra sunt.

ους
- οδος: ὁ πούς, ποδὸς *pes*; cum compositis ἄπους, ἄποδος *pedibus carens*, δίπους, δίποδος *bipes*.
- οος: ὁ καὶ ἡ βοῦς, τοῦ καὶ τῆς βοὸς *bos*.
- ουντος: ὁ πλακοῦς, πλακοῦντος *placenta*: et ejusmodi plura ex όεις contracta.
- οντος: ὁ ὀδοὺς, ὀδόντος *dens*: ὁ διδοὺς, διδόντος *qui dat* vel *dabat*: ὁ δοὺς, δόντος *qui dedit*; et reliqua participia praesentis vel aoristi secundi tertiae in *μι*.

τὸ οὖς, ὠτὸς *auris*. Alii dicunt οὖς esse indeclinabile: sed pari ratione dicerent etiam ὕδωρ esse indeclinabile.

υς
- υος: ὁ μῦς, μυὸς *mus*: ὁ ἰχθὺς vel ἰχθῦς, ἰχθύος *piscis*.
- εος: ὁ ὀξὺς, ὀξέος *acutus*: ὁ ἡδὺς, ἡδέος *suavis*; et reliqua hujus terminationis adjectiva.
- εως atticè: ὁ πῆχυς, πήχεως *cubitus*:

υς { ὁ πρέσβυς senex seu *legulus*: ὁ πέλεκυς *securis*.
υδος: ἡ χλαμὺς, χλαμύδος *chlamys*: ὁ καὶ ἡ νέηλυς, νεήλυδος *advena*.
υθος: ἡ κόρυς, κόρυθος *galea*.
υντος: ὁ ζευγνὺς, ζευγνύντος *jungens*: et similia participia quartae in μι. }

ως { ωτος: ὁ γέλως, γέλωτος *risus*: τὸ φῶς, φωτὸς *lux*.
οος: ἡ αἰδὼς, αἰδόος *pudor, verecundia*: ἡ ἠὼς, ἠόος *aurora*; quae sunt quartae contractorum, et sola hujus terminationis.
οτος: ὁ τετυφὼς, τετυφότος *qui verberavit*: et similia participia praeteriti activi vel medii, generis masculini.
ωος: ὁ Τρὼς, Τρωὸς *Trojanus*: ὁ ἥρως, ἥρωος *heros*. }

λς { λος: ὁ ἅλς, ἁλὸς *sal*: ἡ ἅλς, ἁλὸς *mare*. }
νς { νθος: ἡ ἕλμινς, ἕλμινθος *lumbricus*. }
ρς { ρτος: ὁ μάκαρς, μάκαρτος *beatus*. }

ψ { πος: ὁ ὤψ, ὠπὸς *visus*: ὁ Κύκλωψ, Κύκλωπος *Cyclops*.
βος: ὁ Ἄραψ, Ἄραβος *Arabs*: ἡ φλὲψ, φλεβὸς *vena*.
φος: ὁ Κίνυψ, Κίνυφος *nomen fluvii*: ἡ κατῆλιψ, κατήλιφος *scala*. }

Et haec de formationibus genitivi quintae declinationis.

Omnes igitur terminationes recti, à quibus genitivus deducitur, sunt istae: α, ι,

υ, ω, αν, εν, ην, ιν, ον, ουν, υν, ων, ξ, αρ, ειρ, ηρ, ορ, υρ, ωρ, ας, αις, αυς, ες, εις, ευς, ης, ις, ος, ους, υς, ως, λς, νς, ρς, ψ.

# DE ACCUSATIVO QUINTAE DECLINATIONIS.

*Accusativus singularis exit in α.*

## EXCEPTIONES.

I. Excipe primò nomina in ις et υς, quorum genitivus habet ος purum; nam haec accusativum in ν formant: ὁ ὄφις, ὄφιος vel ὄφεως, ὄφιν *serpens*: ὁ βότρυς, βότρυος, βότρυν *racemus*: ὁ ὀξὺς, ὀξέος, ὀξὺν *acutus*, quamvis haec quoque α habeant, (τὸν βότρυα, τὸν ὀξέα) maximè apud poëtas.

II. Excipe secundò barytona in ις et υς quae non habent ος purum; haec enim α et ν sortiuntur: ἡ ἔρις, ἔριδος, ἔριδα vel ἔριν *contentio*: ὁ νέηλυς, νεήλυδος, νεήλυδα vel νέηλυν *advena*: ὁ Πάρις, Πάριδος, Πάριδα vel Πάριν *Paris*.

### ANNOTATIO.

*Caussa hujus duplicis accusativi est, quod haec vocabula jonicè per ος quoque*

*purum inflectantur, non secus atque* ὄφις; *unde meritò utrâque terminatione finiuntur. In oxytonis hoc non fit; solum enim* α *habent*: ἡ ἐλπὶς, ἐλπίδος, ἐλπίδα spes: ἡ χλαμὺς, χλαμύδος, χλαμύδα chlamys.

III. Excipe tertiò finita in αυς: ἡ ναῦς, ναῦν *navis*: γραῦς, γραῦν *vetula*: substituto ν in locum ς nominativi, ut et in βοῦς, βοῦν accidit.

ANNOTATIO.

*Legimus tamen* βόα, *et doricè* βῶν: *et poëticè* τὴν νάα, *vel* νῆα, *vel* νέα, *vel* νῆυν navim: *sic* ὁ λᾶς, λαὸς, λαῒ λᾶν lapis.

## DE VOCATIVO.

*Vocativus similis est nominativo.*

## EXCEPTIONES.

I. Excipiuntur primò nomina quae declinantur per ντος; haec enim ablato τος vocativum formant: ὁ Αἴας, Αἴαντος, ὦ Αἶαν *Ajax*: ὁ Θόας, Θόαντος, ὦ Θόαν *Thoas*: ὁ Πολυδάμας, Πολυδάμαντος, ὦ Πολυδάμαν *Polydamas*: ὁ λέων, λέοντος ὦ λέον *leo*: ὁ γέρων, γέροντος, ὦ γέρον *senex*.

ANNOTATIO.

*Exceptio haec intelligenda est de nominibus, non de participiis. Hinc* τύψας, τύψαντος, ὁ ἱστὰς, ἱστάντος, ὁ στὰς, στάντος, *vocativum similem nominativo habent, ut* ὁ τύπτων, τύπτοντος, *et hujus generis alia participia, sive sint contracta, sive non.*

*Secundò intelligenda est de nominibus non contractis. Hinc* ὁ πλακοῦς, πλακοῦντος, Σιμοῦς, Σιμοῦντος *cùm sint contracta, vocativum non faciunt in* ουν, *sed secundum aliam quamdam regulam, ( de qua postea exceptione v. ) in* ου: *quamvis non desint viri docti, et in his Renatus Guillonius, qui vocativos illos,* ὦ Σιμοῦν, ὦ πλακοῦν, *agnoscant. Ego tamen non video, quomodo haec illorum sententia cùm eorumdem verbis cohaereat, cùm ajunt:* Nota in contractis praedictam exceptionem non habere locum. *Certè* Σιμοῦς *et* πλακοῦς *contracta sunt, nisi quis dicat* πλακοῦν *et* Σιμοῦν *esse vocativos contractos pro* πλακόεν, Σιμόεν.

*Quamobrem nec* τιμῆς, *nec* δαφνῆς, *licet flexa per* ντος, *formabunt suum vocativum ablato* τος, *sicut nec* Κλήμης, Κλήμεντος, *nec* Οὐάλης, Οὐάλεντος: *sed tantùm nomina in* αντος *et* οντος, *qualia antè descripsimus: licet non ignorem esse nonnullos, inter quos*

*Lascaris*, *qui vocativos* τιμῆν *et* δαφνῆν *adferant*, *qui tamen potiùs videntur contracti ex* τιμῆεν *et* δαφνῆεν.

*Solent porrò poëtae ex hujusmodi vocativis litteram* ν *abjicere*, ὦ Αἶα, ὦ Θόα, ὦ Λαοδάμα. *Quos latini imitati dixerunt*, ô Palla, *Aeneid.* 11. à Pallas, Pallantis: ô Calcha, *apud Senecam Troad. Vide Emmanuelem in tertia declinatione.*

II. Excipe secundò alia quaedam nomina, quae ablato genitivi τος vel ος formant suum vocativum: ut adjectiva in ην et εις, quorum neutra in εν; et barytona in ωρ, et in ας, ανος, et in ων, ονος: ut ὁ καὶ ἡ τέρην *tener*, *tenera*, τέρενος, ὦ τέρεν: ὁ καὶ ἡ ἄρσην *masculus*, *mascula*, ἄρσενος, ὦ ἄρσεν.

ὁ χαρίεις *gratiosus*, χαρίεντος, ὦ χαρίεν: ὁ τιμήεις *honorabilis*, τιμήεντος, ὦ τιμῆεν: ὁ δαφνήεις *laureus*, δαφνήεντος, ὦ δαφνῆεν: ὁ πλακόεις *latus ad modum crustae*, πλακόεντος, ὦ πλακόεν; et substantivum, ὁ Σιμόεις *Simois nomen fluvii*, Σιμόεντος, ὦ Σιμόεν.

ὁ Νέστωρ *Nestor*, Νέστορος, ὦ Νέστορ: ὁ Ἕκτωρ *Hector*, Ἕκτορος, ὦ Ἕκτορ: ὁ παντοκράτωρ: *omnipotens*, παντοκράτορος, ὦ παντοκράτορ.

ὁ μέλας *niger*, μέλανος, ὦ μέλαν: ὁ τάλας *miser*, τάλανος, ὦ τάλαν.

ὁ δαίμων *daemon*, δαίμονος, ὦ δαῖμον, passim apud Orpheum: ὁ καὶ ἡ ἐλεήμων *misericors*, ἐλεήμονος, ὦ ἐλεῆμον: ὁ καὶ ἡ οἰκτίρμων *misericors*, οἰκτίρμονος, ὦ οἰκτίρμον.

ANNOTATIO.

*Non comprehenduntur sub hac exceptione participia in* εις, *ut* ὁ τυφθεὶς verberatus, τιθεὶς ponens, τεθεὶς positus. *Idem est enim horum rectus et vocativus.*

*Illa in* εις *formant etiam vocativum in* ει, *ablato* ς *recti*: ὁ χαρίεις, ὦ χαρίει. *Quod si in praedictis dictionibus aliquando vocativus est similis nominativo, id per atticismum vel poeticam licentiam fieri censendum est.*

III. Excipe tertiò composita nonnulla polysyllaba in ων, quae vocativum faciunt in ον (licet quaedam illorum forment genitivum in ωνος,) retracto accentu in antepenultimam: ὁ Ἀπόλλων *Apollo*, Ἀπόλλωνος, ὦ Ἄπολλον: Ποσειδῶν *Neptunus*, Ποσειδῶνος, ὦ Πόσειδον: ὁ Ἀγαμέμνων *Agamemnon*, Ἀγαμέμνονος, ὦ Ἀγάμεμνον: ὁ καὶ ἡ κακοδαίμων *infelix*, κακοδαίμονος, ὦ κακόδαιμον. Idem comparativis accidit: ὁ βελτίων, ὁ ἀρείων *melior*, ὦ βέλτιον, ἄρειον.

ANNOTATIO.

*Composita polysyllaba quorum genitivus exit in* ονος *nihil differunt in formatione vocativi à simplicibus in* ων, ονος, *de quibus in secunda exceptione; nisi quod*

*accentum in antepenultimam retrahunt*, *quod tamen non fit in omnibus*. *Dicimus enim* ὁ Λακεδαίμων Lacedaemon, Λακεδαίμονος, ὦ Λακεδαῖμον: ὁ Παλαίμων Palaemon, Παλαίμονος, ὦ Παλαῖμον: ὁ καὶ ἡ δαΐφρων prudens, δαΐφρονος, ὦ δαΐφρον: ὁ καὶ ἡ ἀγανόφρων lenis, mitis, ἀγανόφρονος, ὦ ἀγανόφρον.

IV. Excipe quartò gravitona in ηρ: haec enim ερ habent, ἡ μήτηρ *mater*, ὦ μῆτερ: ἡ θυγάτηρ *filia*, ὦ θύγατερ: ἡ Δημήτηρ *Ceres*, ὦ Δήμητερ. Quod in his quoque oxytonis fit: ὁ πατὴρ *pater*, ὁ σωτὴρ *salvator*, ὁ δαὴρ *levir*; ὁ ἀνὴρ *vir*: ὦ πάτερ, σῶτερ, δάερ, ἄνερ, quibus etiam accentus retrahitur.

### ANNOTATIO.

*Invenitur tamen aliquando* ὦ σωτήρ. *Legem hanc barytonorum non sequitur hoc barytonum*, ὁ Πίηρ, Πίερος, ὦ Πίηρ.

V. Excipe quintò nomina in ευς et ους, quae σ deponunt: ὁ βασιλεὺς *rex*, ὦ βασιλεῦ: ὁ βοῦς *bos*, ὦ βοῦ: ὁ πλακοῦς *panis crustaceus*, *placenta*, ὦ πλακοῦ.

Praeter ὁ ποῦς *pes*, ὦ ποῦς, ὁ ὀδοὺς *dens*, ὦ ὀδούς: ὁ καὶ ἡ παῖς *puer*, *puella*, cùm suis compositis ὁ καὶ ἡ ἄπαις *sine liberis*, ὁ καὶ ἡ εὔπαις *felix liberis*, deponit eodem modo ς in vocativo.

ANNOTATIO.

*Non videtur idem dicendum de compositis ἀ πούς, ut δίπους, τρίπους, nam Statius poeta latinus aliquoties utitur vocativo* Μελάμπου *ad imitationem certè graecorum. Vide Emmanuelem in tertia declinatione. Etsi* πούς *suum* σ *in vocativo retinet, ut distinguatur ab adverbio* ποῦ; *caussa nulla erit, cur id in vocativo composita retineant.*

VI. Excipe sextò gravitona in ις et υς: amittunt enim ς in vocativo: ὁ ὄφις *serpens*, ὦ ὄφι: ὁ βότρυς *botrus*, ὦ βότρυ.

Idem accidit adjectivis oxytonis in υς: ὁ ὀξὺς *acutus*, ὦ ὀξύ. Et monosyllabis: ὁ μῦς *mus*, ὦ μῦ: ἡ δρῦς *quercus*, ὦ δρῦ. Et poëticè oxytonis in ις: ἡ Ἀμαρυλλὶς *Amaryllis*, ὦ Ἀμαρυλλί.

ANNOTATIO.

*Idem fit apud latinos in hujusmodi oxytonis. Virgil.* Mirabar quid moesta deos Amarilli vocares. *Vide Emmanuelem proximè nominato loco.*

*Substantiva oxytona in* υς: *ut* χλαμὺς, chlamys, *et lingua communi omnia oxytona in* ις *retinent* ς *in vocativo:* ἡ ἐλπὶς, ὦ ἐλπὶς spes.

VII. Excipe septimò vocabula in ης primae contractarum, quorum vocativus in ες: et nomina in ω et ως quartae, quorum vocativus in οι exit: Δημοσθένης, ὦ Δημόσθενες *Demosthenes*: ἀληθής, ὦ ἀληθὲς *verus*: ἡ Λητώ, ὦ Λητοῖ *Latona*.

## DE DATIVO PLURALI.

Fit è dativo singulari, posito σ ante ι (τῷ βότρυϊ, τοῖς βότρυσι), rejectisque litteris δ, θ, ν, τ, si occurrant in singulari: τῇ λαμπάδι, ταῖς λαμπάσι; ὄρνιθι, ὄρνισι; τιθέντι, τιθεῖσι; λέβητι, λέβησι.

Quod si rejectâ aliquâ ex praedictis litteris, dativus pluralis corriperetur, cùm longus fuerit positione in singulari; diphthongus facienda est, adscita vocali: λέοντι, λέουσι, non λέοσι; τιθέντι, τιθεῖσι, non τιθέσι.

### ANNOTATIO.

*Caussa hujus rei est, quod dativus pluralis ejusdem quantitatis esse debeat cum singulari; si hic brevis sit, ut* τείχεϊ, λαμπάδι, *brevis erit et ille*, τείχεσι, λαμπάσι: *si verò sit longus, longus erit et ille*, τιτᾶνι, τιτᾶσι: τιθέντι, τιθεῖσι: ἱστάντι, ἱστᾶσι.

*Accidit tamen aliquando ut dativus singularis sit brevis, pluralis longus; et hoc potissimum in vocabulis* ρ *in obliquis*

*habentibus: potest enim pluralis dativus major esse quantitate quam singularis, sed numquam minor:* ὁ ῥήτωρ, ῥήτορι, ῥήτορσι rhetor: μάρτυρ, μάρτυρι, μάρτυρσι martyr, testis.

## EXCEPTIONES.

I. Excipe primò nomina in ξ, ψ, et in diphthongum sequente ς desinentia; haec enim dativum pluralem à nominativo singulari formant, adjecto jota: ὁ κόραξ, κόραξι *corvus*; ὁ Ἄραψ, Ἄραψι *Arabs*; ὁ βασιλεὺς, βασιλεῦσι *rex*; βοῦς, βουσὶ *bos*. At ὁ πούς, τοῖς ποσὶ *pes*; τὸ οὖς, ὠσὶ *auris*; ὁ υἱεὺς, υἱέσι *filius*; ὁ δρομεὺς, δρομέσι *cursor*. Neque invenitur υἱεῦσι, δρομεῦσι, ut testatur Antesignanus.

II. Excipe secundò nomina in ηρ in obliquis syncopen pati solita; haec enim dativum pluralem in ασι faciunt: πατὴρ, πατράσι: ἡ μήτηρ, μητράσι: ὁ ἀνὴρ, ἀνδράσι: ἡ θυγάτηρ, θυγατράσι: sic ὁ υἷς *filius*, τοῖς υἱάσι, inserto α pro υἷσι. γαστὴρ tamen (*venter*) facit γαστῆρσι, ut quidam volunt.

# DE DIALECTIS QUINTAE DECLINATIONIS.

*Vocativos omnium nominum in* ων, *etiam oxytonorum, quae per* ονος *declinantur, formant aeoles in* ον *ablato scilicet* ος *genitivi*: ἡ ἀηδὼν luscinia, ἀηδόνος, ὦ ἀηδὸν, *communiter* ὦ ἀηδών: ἡ χελιδὼν hirundo, χελιδόνος, ὦ χελιδὸν, *communiter* ὦ χελιδών.

*Additur quoque nonnullis nominibus quintae declinationis syllaba* φι *et* φιν. *Sed in neutris quidem in* ος, *vertitur* ο *in* ε: *in femininis verò in* ων, *formato genitivo, abjiciendum est* ς: *et in aliis alia mutanda sunt, ut in his exemplis vides.*

τὸ στῆθος, pectus, στήθεσφι.
τὸ ὄρος, mons, ὄρεσφι.
τὸ ὄχος, currus, ὄχεσφι.
ἡ κοτυληδὼν, coxa, κοτυληδόνος, κοτυληδονόφι.
ἡ χελιδὼν, hirundo, χελιδόνος, χελιδονόφι.

*Invenitur etiam Iliad.* 9. ἐξ ἐρέβευσφιν *pro* ἐξ ἐρέβους ex erebo, *genitivus a nomine* τὸ ἔρεβος. *Et Iliad.* 12. παρὰ ναῦφιν *pro* ἀπὸ νηῶν à navibus.

*Accidit quoque huic declinationi apocope*: δῶ *pro* δῶμα domus. *Id quod fit in omnibus casibus singularis numeri, ut in hoc schemate cernis.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *In N.* τὸ | σκέπα | *pro* | σκέπασμα, tegmen. |
| | ὕφα | | ὕφασμα, textum. |
| | δῶ | | δῶμα, domus. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *In G.* τοῦ | Αἴαν | *pro* | Αἴαντος | *vel etiam* Αἴα, |
| | Θόαν | | Θόαντος | Θόα, *ut placet* |
| | | | | *Lascari.* |

| | | | |
|---|---|---|---|
| *In D.* τῇ | δαΐ | *pro* | δαΐδι, pugnae. |
| | Θέτι | | Θέτιδι, Thetidi. |
| | μάστι | | μάστιγι, scuticae. |
| | παράκοιτι | | παρακοίτιδι, uxori. |
| τῷ | ἱδρῶ | | ἱδρῶτι, sudori. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| *In A.* τὸν | Ἀπόλλω | *pro* | Ἀπόλλωνα, Apollinem, |
| | Ποσειδῶ | | Ποσειδῶνα, Neptunum. |
| | ἱδρῶ | | ἱδρῶτα, sudorem. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| *In V.* ὦ | Λαοδάμα | *pro* | Λαοδάμαν, Laodamas. |
| | Πολυδάμα | | Πολυδάμαν Polidamas. |
| | Αἴα | | Αἴαν, Ajax. |
| | Θόα | | Θόαν, Thoas. |

*Genitivus et dativus duales crescunt interdum additione unius syllabae:* ποδοῖιν *pro* ποδοῖν.

*Dativum pluralem formant poëtae a nominativo plurali addito jota:* Αἴαντες, Αἰάντεσι: λέβητες, λεβήτεσι, *et duplicato* σ λεβήτεσσι, *prout ratio et carminis necessitas exigit:* βήματα, βημάτεσι: σώματα, σωμάτεσι, *mutato* α *in* ε, *et addita syllaba* σι.

*Ceterum nominibus et verbis in ι, vel ε desinentibus, adjici solet consonans ν, sequente in altera dictione vocali vel diphthongo:* τύπτουσιν ἐκεῖνον verberant illum, λέουσιν ἐκείνοις leonibus illis, ἔτυπτεν αὐτὸν verberabat illum. *Quod poëtae non rarò faciunt versûs gratiâ, etiamsi consonans sequatur. Et haec de declinationibus simplicibus.*

---

# CAPUT V.

# DE DECLINATIONIBUS CONTRACTIS.

QUINQUE sunt harum declinationum ortae à quinta; et ita appellatae, quod in nonnullis casibus contrahantur, duabus syllabis in unam coalescentibus.

## PRIMA DECLINATIO.

CONTINET masculina, feminina, et communia in ης, et neutra in ες et ος: ὁ Δημοσθένης *Demosthenes:* ἡ τριήρης *triremis:* ὁ καὶ ἡ ἀληθής, τὸ ἀληθές. *verus, vera, verum:* τὸ τεῖχος *murus.*

# PARADIGMA PRIMAE DECLINATIONIS.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Sing. | Nom. | ὁ | Δημοσθένης, | |
| | Gen. | τοῦ | Δημοσθένεος, | Δημοσθένους, |
| | Dat. | τῷ | Δημοσθένεϊ, | Δημοσθένει, |
| | Acc. | τὸν | Δημοσθένεα, | Δημοσθένη, |
| | Voc. | ὦ | Δημόσθενες. | |
| Dual. | N. A. | τὼ | Δημοσθένεε, | Δημοσθένη, |
| | G.D. | τοῖν | Δημοσθενέοιν, | Δημοσθενοῖν, |
| | Voc. | ὦ | Δημοσθένεε, | Δημοσθένη. |
| Plur. | Nom. | οἱ | Δημοσθένεες, | Δημοσθένεις, |
| | Gen. | τῶν | Δημοσθενέων, | Δημοσθενῶν |
| | Dat. | τοῖς | Δημοσθένεσι, | |
| | Acc. | τοὺς | Δημοσθένεας, | Δημοσθένεις, |
| | Voc. | ὦ | Δημοσθένεες, | Δημοσθένεις. |

Neutra in plurali contrahuntur in η: τὰ τείχεα, τείχη: τὰ ἀληθέα, ἀληθῆ.

Dativus pluralis in nulla declinatione contrahitur.

## ANNOTATIO.

*Accusativus in* εα *contrahitur in* η; *sed quorum rectus desinit in* ης *purum, contrahuntur etiam in* α, *ut* εὐφυὴς ingeniosus, τὸν εὐφυῆ *vel* εὐφυᾶ: *sic* ὑγιὴς sanus. *Quamvis sunt qui velint solum accusativum in* α *esse usitatum.*

*Quaedam nomina primae contractarum habent nonnumquam terminationes primae*

*simplicium*: τὸν Δημοσθένην, τὸν Ἀριστοφάνην, τὸν Σωκράτην, *et* ὦ Σωκράτη, οἱ Ἀριστοφάναι, καὶ τοὺς Ἀριστοφάνας. *De quibus plura, cum agemus de heteroclitis. Ne mireris, inquit Priscianus lib.* 6. *si quando apud latinos legeris* ô Socrate; *nam attici propria nomina primae declinationis contractarum, ut* Σωκράτης, *accusandi et vocandi casu instar nominum primae declinationis declinant*, τὸν Σωκράτην, ὦ Σωκράτη. *Cicero in Protag. apud eumdem Prisc. eodem lib.* Quid tu, unde tandem appares, ô Socrate?

*Quaedam neutra dualis numeri contrahuntur etiam in* ει: τὼ σκέλεε, σκέλει, καὶ σκέλη crura. *Interdum alterum* ε *per apocopen tollitur*: ὄσσε *pro* ὄσσεε oculi. *Quamvis autem casus hujus declinationis dicto modo contrahantur, usurpant tamen auctores solutae orationis subinde casus non contractos*: *ut in duali* συγγένεε cognati, κερδέων lucrorum, ἀνθέων florum, ὀρέων montium.

# DE COMPOSITIS A NOMINE ΚΛΕΟΣ.

Duplicia ab hoc nomine veniunt vocabula. Quaedam adjectiva et communia: ὁ καὶ

ἡ εὐκλεὴς *gloriosus*, *gloriosa*; ὁ καί ἡ ἀκλεὴς *inglorius* et *ingloria*. Quaedam propria: ὁ Σοφοκλέης *Sophocles*: Ἡρακλέης *Hercules*: Ἰφικλέης *Iphicles*; et alia plurima.

Priora eamdem habent declinationem, quam Δημοσθένης: ὁ εὐκλεὴς, τοῦ εὐκλεέος, εὐκλεοῦς, τῷ εὐκλεέϊ, εὐκλεεῖ. Posteriora, quae propria sunt, varie contrahuntur; ut vides in hoc exemplo.

# PARADIGMA

Singularis.

Nom. Ἡρακλέης, per contract. Ἡρακλῆς.
Gen. Ἡρακλεεος, κλέους, Ἡρακλέος, κλοῦς.
Jonicè Ἡρακλῆος, καὶ κλέηος.
Dat. Ἡρακλέεϊ, κλέει, Ἡρακλεῖ, κλεῖ.
Jonicè Ἡρακλῆϊ.
Acc. Ἡρακλέεα, κλέη, Ἡρακλέα, κλῆ.
Ἡρακλέην, per prim. simpl. et Ἡρακλῆν.
Jonicè Ἡρακλῆα.
Voc. Ἡράκλεες, Ἡράκλεις, Ἡρακλες, κλῆς, et per prim. simpl. Ἡρακλῆ.

Dualis.

N. A. Ἡρακλέεε, κλέη, Ἡρακλέε, κλῆ.
Jonicè Ἡρακλῆε.
G D. Ἡρακλέεοιν, κλεοῖν, Ἡρακλέοιν, κλοῖν.
Jonicè Ἡρακλῄοιν.

Pluralis.

Nom. Ἡρακλέεες, κλέεις, Ἡρακλεες, κλεῖς.
Jonicè Ἡρακλῆες.

Gen. Ἡρακλεέων, κλεῶν, Ἡρακλέων, κλῶν.
Jonicè Ἡρακληων.

Dat. Ἡρακλέεσι, Ἡρακλέσι.
Jonicè Ἡρακλῆσι.

Acc. Ἡρακλέεας, κλέεις, Ἡρακλέας, κλεῖς, per prim. simpl. Ἡρακλᾶς.
Jonicè Ἡρακλῆας.

Vocativus similis est nominativo.

Qui porrò casus, quaeve contractiones in his usitatae prae caeteris, ab usu petendum erit.

Eodem modo declinantur, Θεμιστοκλέης *Themistocles*: Σοφοκλέης *Sophocles*: Περικλέης *Pericles*; et similia.

## SECUNDA DECLINATIO.

Est masculinorum et femininorum et communium in ις, et neutrorum in ι: ὁ ὄφις *serpens*: ἡ πόλις *civitas*: ὁ καὶ ἡ νῆστις *jejunus, jejuna*: τὸ σίνηπι *sinapi*.

### PARADIGMA

FLEXIONIS ATQUE CONTRACTIONIS COMMUNIS ET ATTICAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sing. | Nom. | ὁ | ὄφις, |
| | Gen. | τοῦ | ὄφεας, |
| | Dat. | τῷ | ὄφεϊ, ὄφει, |
| | Acc. | τὸν | ὄφιν, |

Voc. ὦ ὄφι.
Dual. N.A. τὼ ὄφεε, ὄφη,
G.D. τοῖν ὀφέοιν, ὀφεῷν,
Voc. ὦ ὄφεε, ὄφη.
Plur. Nom. οἱ ὄφεες, ὄφεις,
Gen. τῶν ὄφεων,
Dat. τοῖς ὄφεσι,
Acc. τοὺς ὄφεας, ὄφεις,
Voc. ὦ ὄφεες, ὄφεις.

Sic ἡ πόλις, πόλεως: τέρψις, τέρψεως *delectatio*; et similia.

Neutrum τὸ σινηπι.

Plur. τὰ καὶ ὦ σινήπεα, σινήπη.

Communi usu eadem est hujus declinationis contractio quae primae, in iis videlicet casibus, quos tibi paradigma exhibet.

## DIALECTI HUJUS DECLINATIONIS.

Ὁ ὄφις, *gen.* ὄφιος *vel* ὄφεος *jonicè*, ὄφεως *atticè: sic* πόλις, πόλιος, πόλεος, *et* πόληος *apud poëtas, et* πόλους *seu* πόλευς, *qui est genitivus contractus doricus ab illo jonico* τῆς πόλεος.

*Genitivus et dativus dualis* ὀφεῷν, *plur.* ὄφεων *accentu in antepenultima atticorum est.*

*Ceterum ab illo genitivo* πόληος urbis *fit dat.* πόληϊ, *acc.* πόληα. *Et in duali* πόλη͏ε. In plur. πόληες, τῶν πολήων, πόλησι,

ποληας. *Quos omnes casus confirmat Lascaris poëtarum testimoniis.*

# PARADIGMA

## FLEXIONIS ET CONTRACTIONIS IONICAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sing. | Nom. | ὁ | ὄφις, |
| | Gen. | τοῦ | ὄφιος, |
| | Dat. | τῷ | ὄφιϊ, ὄφι, |
| | Acc. | τὸν | ὄφιν, |
| | Voc. | ὦ | ὄφι. |
| Dual. | N.A. | τὼ | ὄφιε, |
| | G. D. | τοῖν | ὀφιοιν, |
| | Voc. | ὦ | ὄφιε. |
| Plur. | Nom. | οἱ | ὄφιες, ὄφις, |
| | Gen. | τῶν | ὄφιων, |
| | Dat. | τοῖς | ὄφισι, |
| | Acc. | τοὺς | ὄφιας, ὄφις, |
| | Voc. | ὦ | ὄφιες, ὄφις. |

*Sic neutra quoque flectuntur*: σίνηπι, σινήπιος, *et in plurali* σινήπια, σινήπη.

Vocabulum ὁ vel ἡ ὄϊς *ovis* peculiarem contractionis modum habet: in omnibus enim casibus contrahitur. ὄϊς, ὄϊος, ὄϊι, ὄϊν; οἶς, οἶος, οἶι, οἶν. Et in plurali αἱ et ὦ ὄϊες, καὶ τὰς ὄϊας, crasi ὄις, et facta contractione, οἶς. Dicitur etiam ὄϊς, ὄϊδος, ὄϊδα.

## TERTIA DECLINATIO.

Continet masculina in ευς. Genit. communis έος; atticus έως, qui et frequentior in usu; jonicus ῆος.

Contrahitur haec declinatio in iis casibus, quos in hoc paradigmate cernis.

Sing. Nom. ὁ βασιλεὺς, rex.
Gen. τοῦ βασιλέος,
Dat. τῷ βασιλέϊ, βασιλεῖ,
Acc. τὸν βασιλέα,
Voc. ὦ βασιλεῦ.
Dual. N A. τὼ βασιλέε, βασιλῆ,
G.D. τοῖν βασιλέοιν,
Voc. ὦ βασιλέε, βασιλῆ.
Plur. Nom. οἱ βασιλέες, βασιλεῖς,
Gen. τῶν βασιλέων,
Dat. τοῖς βασιλεῦσι,
Acc. τοὺς βασιλέας, βασιλεῖς,
Voc. ὦ βασιλέες, βασιλεῖς.

Ionicè τοῦ βασιλῆος, τῷ βασιλῆϊ, τὸν βασιλῆα: et ita deinceps per omnes casus; ubi ε commune est, ibi jonicè η.

### ANNOTATIO.

*Sunt qui velint genitivum in έος non esse communem, sed in έως, qui simul sit communis et atticus: illum autem in έος volunt esse genitivum jonicum.*

Genitivus in έας non contrahitur. Excipiuntur nomina illa, quae ante έως vocalem aut diphthongum habent: ὁ Πειραιεὺς *Piraeus*, τοῦ Πειραιέως, Πειραιῶς: ὁ Στειριεὺς *Stirieus*, τοῦ Στειριέως, Στειριῶς: ὁ χοεὺς *congius*, τοῦ χοέως, χοῶς. Eadem accusativum contrahunt in α: τὸν Πειραιᾶ, τὸν Στειριᾶ, τὸν χοᾶ.

## DIALECTI HUJUS
### DECLINATIONIS.

*Genitivus doricus* βασιλεῦς, *facta crasi ex* έος *in* οῦς, *deinde* ου *in* ευ *verso. Lascaris hujus nominis* Ἀχιλλεὺς *hos omnes genitivos adfert*: Ἀχιλλέος, Ἀχιλλέως *atticè*, Ἀχιλλῆος *jonicè*, Ἀχιλλοῖος *apud recentiores jones*: Ἀχιλλῆς *apud antiquos aeoles*: Ἀχίλλειος *apud recentiores*. Ἀχιλλῖος *boeotice*, Ἀχιλλεῦς *doricè*, Ἀχίλλευς *aeolicè. Accusativus* βασιλῆ *poëticè ab jonico* βασιλῆα, *ablato* α: *vel per contractionem* βασιλέα, βασιλῆ. *Nominativus pluralis* βασιλῆς *vel* βασιλῆς. *Dativus in* ῆσι *ab jonico singul.* βασιλῆι, *interposito* σ, βασιλῆσι: *poëticè* βασιλέσι *à dativo singulari* βασιλεῖ: *sic* υἱεὺς, υἱέως, υἱεῖ, υἱέσι, filius: ὁ δρομεὺς, δρομέσι, cursor.

*Nomina hujus declinationis efferunt dores per* ης, *teste Prisc. lib.* 6. Ὀρφεὺς, Ὀρ-

φης; Τυδεὺς, Τύδης; Ἀχιλλεὺς, Ἀχίλλης; Ὀδυσσεὺς, Ὀδύσσης: *per primam simplicium. Hinc* τὸν Ὄρφην, Τύδην: ὦ Ὄρφη, Τύδη, Ἀχίλλη: *et apud latinos*, ô Achille, ô Ulysse. *Alias, per secundam latinorum declinationem, et nonnulla etiam per tertiam inflectuntur*: Ulysses, Ulyssis; Achilles, Achillis; *vel* Ulysseus, Achilleus; *idque vel tribus, vel quatuor syllabis. Similiter in obliquis* Ulyssei, Achillei, *quatuor syllabis, ut apud Horatium* 1. *Odarum*: Nec cursus duplicis per mare Ulyssei. *Vel tribus, ut apud Virgilium lib.* 1. *Aeneid.* Immitis Achillei *vel* Achilli.

*Vocativi graeci* Perseu, Tydeu, Theseu, *usitatissimi sunt, nec inusitatus est accusativus graecus* Orphea, Thesea. *Vide Emmanuelem in secunda declinatione.*

## QUARTA DECLINATIO.

Est femininorum in ω et ως.

Prioris generis multa sunt, et omnia fermè propria mulierum: ἡ Λητὼ *Latona,* Μαντὼ, Γοργὼ, Σαπφὼ: et appellativa, φειδὼ *parsimonia*: πειθὼ *persuadendi vis, suada*: ἠχὼ *sonus reciprocus, echo*; et similia. Posterioris duo: ἠὼς *aurora*, et αἰδὼς *pudor, verecundia*; quorum hoc est paradigma.

Sing. Nom. ἡ Λητὼ,
Gen. τῆς Λητόος, Λητοῦς,
Dat. τῇ Λητόϊ, Λητοῖ,
Acc. τὴν Λητόα, Λητὼ,
Voc. ὦ Λητοῖ.

Dualis et pluralis ut in tertia simplicium: τὰ Λητώ, αἱ Λητοί. Nec fit ulla in duali et plurali contractio.

ANNOTATIO.

*Aliqui accusativum circumflectunt*, τὴν Λητόα, Λητῶ; *sed alii rectiùs acuunt, ut et illum à nominibus in* ως, τὴν αἰδόα, αἰδώ. *Ionicè desinit accusativus in* οῦν (Σαπφοῦν) *et aeolicè in* ῶν, *sicut genitivus aeolicè et laconicè in* ῶς.

## QUINTA DECLINATIO.

COMPLECTITUR tantùm neutra in ας. Genitivus communis ατος: jonicus αος, ex quo fit crasis attica ως, ut vides in hoc exemplo.

Sing. Nom. τὸ κρέας caro,
Gen. τοῦ κρέατος, κρέαος, κρέως,
Dat. τῷ κρέατι, κρέαϊ, κρέα,
Acc. τὸ κρέας,
Voc. ὦ κρέας.

Dual. N.A. τὼ κρέατε, κρέαε, κρέα,
G.D. τοῖν κρεάτοιν, κρεάοιν, κρεῷν,
Voc. ὦ κρέατε, κρέαε, κρέα.

Plur. Nom. τὰ κρέατα, κρέαα, κρέα,
Gen. τῶν κρεάτων, κρεάων, κρεῶν,
Dat. τοῖς κρέασι,
Acc. τὰ κρέατα, κρέαα, κρέα,
Voc. ὦ κρέατα, κρέαα, κρέα.

ANNOTATIO.

*Videtur* κρέας *etiam in nominativo doricè contrahi in* κρῆς *apud Theocritum Idyll.* 1.

*Substituunt quoque jones interdum* ε *in locum* α. *Hinc apud Herodotum* γέρεα *pro* γέραα, ὰ γέρας munus.

*Dativus pluralis poëticè* γεράτεσι, *et aliquando* γεράεσσι ὰ γέρας, *quasi esset* γέραες.

# CAPUT VI.

# DE NOMINIBUS SIMPLICIUM DECLINATIONUM

## CONTRAHI SOLITIS.

In omnibus declinationibus simplicibus, praeter quartam, inveniuntur nomina, quae vel in omnibus, vel certis quibusdam casibus contrahi solent.

## CONTRACTIO PRIMAE SIMPLICIUM.

Sing. ὁ Ἑρμέας, vel Ἑρμείας, Ἑρμῆς *Mercurius*; Ἑρμέου, Ἑρμοῦ, Ἑρμέᾳ, Ἑρμῇ, τὸν Ἑρμέαν, Ἑρμῆν. Et ita deinceps per omnes numeros et casus. Ἑρμέα, Ἑρμᾶ in duali: Ἑρμέαι, Ἑρμαῖ in plurali.

Sic ὁ Ἀπελλέης *Apelles*, Ἀπελλῆς; τοῦ Ἀπελλέου, Ἀπελλοῦ, Ἀπελλῇ. Nam circum-

flexa in ης, ut multis placet, formant genitivum ablato ς.

## CONTRACTIO SECUNDAE SIMPLICIUM.

Fit in ᾶ et ῆ: in ᾶ dupliciter. Primò ex άα, ut μνάα, μνᾶ *mina*; Ἀθηνάα *Minerva*, Ἀθηνᾶ; Ναυσικάα *Nausicaa*, Ναυσικᾶ. Secundò ex έα, si ante ε praecedat vocalis aliqua, aut liquida ρ: ut ἐριέα *lanea*, ἐριᾶ; ἀργυρέα *argentea*, ἀργυρᾶ; πορφυρέα *purpurea*, πορφυρᾶ.

Contractio in ῆ itidem fit dupliciter. Primò ex έα, si ante ε praecedat alia consonans quam ρ, ut γέα *terra*, γῆ; χρυσέα *aurea*, χρυσῆ; λεοντέα *leonina*, nempe *pellis*, λεοντῆ. Secundo ex όη: ut ἁπλόη *simplex* vel *simpla*, ἁπλῆ: διπλόη *duplex* vel *dupla*, διπλῆ; et alia hujusmodi: contrahuntur autem in omnibus numeris et casibus.

## CONTRACTIO TERTIAE SIMPLICIUM.

Nomina in οος tertiae declinationis per omnes casus et numeros contrahuntur: ὁ νόος, νοῦς *mens*, τοῦ νόου, νοῦ, τῷ νόῳ, νῷ, τὸν νόον, νοῦν, ὦ νόε, νοῦ.

Dual. τὼ καὶ ὦ νόω, νὼ acuto accentu· τοῖν νόοιν, νοῖν.

Plur. οἱ καὶ ὦ νόοι, νοῖ, τῶν νόων, νῶν, τοῖς νόοις, νοῖς, τοὺς νόους, νοῦς.

Sic composita ἄνοος, ἄνους *amens*, εὔνοος, εὔνους *benevolus*, ἄνοον, ἄνου.

Eadem est ratio harum vocum: ῥόος *fluxus*, πλόος *navigatio*, χνόος *lanugo*, χρόος *cutis* seu *corpus amictum cute*, cum compositis; κατάῤῥοος, κατάῤῥους *defluxus*; καλλίῤῥοος *pulcra fluenta habens*; ἔκπλοος *enavigatio*; ἐπίπλοος *navigatio adversus aliquem*; ἄχνοος, ἄχνους *expers lanuginis*; ῥοδόχροος, ῥοδόχρους *roseo colore infectus*. Quibus adde ἁπλόος simplex, ἁπλοῦς: ἁπλόη, ἁπλῆ, ἁπλόον, ἁπλοῦν. τὰ ἁπλόα, ἁπλᾶ: sic διπλόος *duplex*, διπλόη, διπλόον: τριπλόος *triplex*: τετραπλόος *quadruplex*. Et composita ex jonico μνέα pro μνᾶ *mina*: δίμνους, τρίμνους, τετράμνους, *duarum, trium, quatuor minarum*.

Spectant etiam huc χρύσεος *aureus*, ἀργύρεος *argenteus*, χάλκεος *aereus*; χρυσοῦς, ἀργυροῦς, χαλκοῦς: σιδήρεος, σιδηροῦς *ferreus*; φοινίκεος, φοινικοῦς *puniceus*; ὑάλεος, ὑαλοῦς *vitreus*, et alia multa in εος.

Fem. χρυσέη, χρυσῆ; ἀργυρέα, ἀργυρᾶ.

Neut. χρύσεον, χρυσοῦν; ἀργύρεον, ἀργυροῦν.

Excipe ὄγδοος, ὀγδόη, ὄγδοον *octavus*: nusquam enim contrahitur.

Σάος *salvus*, *integer*, contrahitur contractione attica in nominativo singulari, σῶς,

σῶς; et in accusativo plurali, σάους, σῶς; et in neutro, τὸ σάον, σῶν *salvum*. In plurali τὰ σάα, σᾶ, apud Suidam. Dicitur etiam pro σάος, σῶος, καὶ τὸ σῶον: in plurali σῶοι, per contractionem σοῖ, teste Suida. In accusativo plurali generis femin. σῶς pro σῶας, teste Thoma in Eclogis atticis. At verò σέος non contrahitur; nisi quis neutrum illud τὰ σᾶ, et τὰς σῶς hinc deducere velit pro σόα et σόας.

Contrahuntur praeterea in tertia declinatione neutra in εον, idque ad hunc modum.

Sing. τὸ καὶ ὦ ὀστέον, ὀστοῦν *os, ossis*, τοῦ ὀστέου, ὀστοῦ, τῷ ὀστέῳ, ὀστῷ.

Dual. τὼ καὶ ὦ ὀστέω, ὀστώ accentu acuto. τοῖν ὀστέοιν, ὀστοῖν.

Plur. τὰ καὶ ὦ ὀστέα, ὀστᾶ, τῶν ὀστέων, ὀστῶν, τοῖς ὀστέοις, ὀστοῖς.

## CONTRACTIO QUINTAE SIMPLICIUM.

In quinta declinatione contrahuntur in nominativo et reliquis casibus, ὁ πλακόεις *placenta*, πλακοῦς, πλακόεντος, πλακοῦντος: ὁ Σιμόεις *Simois*, Σιμοῦς, Σιμοῦντος: *sic* ἡ Ὀποῦς *Opus*, ἡ Ἀμαθοῦς *Amathus*. Item ὁ τιμῆς, τιμῆντος à τιμήεις *honoratus*, et similia.

Item participia praesentis temporis à ver-

bis circumflexis: ποιέων, ποιῶν, ποιέον, ποιοῦν *faciens*. His adde circumflexa in ηρ: τὸ ἔαρ, ἦρ *ver*: τὸ στέαρ, στῆρ *adeps*: τὸ κέαρ, κῆρ *cor*, *animus*. Genitivus ἔαρος, ἦρος, στέαρος, στῆρος, κέαρος, κῆρος, accentu circumflexo in penultima. Contrahitur etiam ὁ λᾶας, λᾶς *lapis*, τοῦ λᾶαος, λᾶος, τῷ λᾶαϊ, λᾶϊ.

ANNOTATIO.

*Legimus tamen* κηρός, στηρός, *acuto in ultima*; *et sunt genitivi ab illis rectis* στῆρ, κῆρ: *horum enim regularis genitivus est* κηρὸς, *sicut hujus* θὴρ fera, θηρὸς. *At* ἡ κὴρ, τῆς κηρὸς sortem, fatum, mortem *significans*, *non est contractum*: *sic* λᾶς *contractum declinatur etiam more non contractorum*, τοῦ λαὸς, λαΐ, λᾶν.

Syncopen patiuntur nonnulla oxytona et barytona quintae in plerisque obliquis: ὁ πατὴρ *pater*, πατέρος, πατρὸς, πατέρι, πατρί: πατέρα tantùm, non πάτρα, ad differentiam dorici nominis πάτρα pro πάτρη, quod *patriam* significat. Sic ἡ μήτηρ *mater*, μητέρος, μητρὸς, μητέρα: et ἡ γαστὴρ *venter*, γαστέρος, γαστρὸς, γαστέρα tantùm: ut distinguantur à nomine ἡ μήτρα, μήτρας *matrix*, et ἡ γάστρα ( quod et γάστρη ) *vas amplum*, et *capax*.

Eodem modo syncopen subeunt ὁ ἀνὴρ *vir*,

ἀνέρος, ἀνδρὸς, ἀνέρες, ἄνδρες, ἀνέρων, ἀνδρᾶν: ὁ vel ἡ κύων *canis*, κύονος, κυνός; κύονι: κυνί: ἡ θυγάτηρ *filia*, θυγατέρος, θυγατρὸς: θυγατέρι, θυγατρί, θυγατέρα, θυγατρά, ὦ θύγατερ. Et sic in alijs numeris.

ANNOTATIO.

Πατὴρ, γαστὴρ, μήτηρ *tantùm habent syncopen in genitivo et dativo singulari; ut plerique recte volunt: licet, ut inquit Renatus Guillonius, sint qui dissentiant, asserentes posse dici in duali τὼ et ὦ πατέρε,* πατρέ *πατέροιν,* πατροῖν: *et in plurali* πατέρες, πάτρες. *In genitivo et accusativo* πατέρων, *et* πατέρας *tantùm, ad differentiam genitivorum et accusativorum nominis* πάτρα patria. *Eademque ratio est nominum* μήτηρ *et* γαστήρ.

Neutra in υ per εος contrahuntur in dativo singulari: ἄστυ *urbs*, ἄστεος, ἄστεϊ, ἄστει; et in accusativo plurali ἄστεα, ἄστη, apud Isocratem in paneg. et apud Eurip. in suppl.

Acuta in ὺς, έος contrahuntur in dativo singulari, nominativo, accusativo, et vocativo plurali masculini generis: ὁ ἡδὺς *suavis*; ἡδέος, ἡδέϊ, ἡδεῖ; ἡδέες καὶ ἡδέας, ἡδεῖς: sic ὁ ὀξὺς *acutus*, ὁ δριμὺς *acerbus*, et similia. Neutra horum non contrahuntur in plurali.

Nomina in υς, υος contrahuntur in no-

minativo, accusativo, et vocativo plurali: βότρυς *racemus*, βότρυος; οἱ et ὦ βότρυες, τοὺς βότρυας, βότρυς; crasi facta in υ: sic στάχυς *spica*, νέκυς *mortuus*. In iisdem casibus contrahitur βοῦς; οἱ καὶ ὦ βόες, τοὺς βόας, βοῦς, et doricè βῶς.

Comparativa in ων contrahuntur in accusativo singulari masculini et feminini generis; et in nominativo, accusativo, et vocativo plurali in omni genere: ὁ καὶ ἡ μείζων *major*; τὸν καὶ τὴν μείζονα, μείζοα, μείζω; οἱ, αἱ, καὶ ὦ μείζονες, μείζοες, μείζους; τοὺς καὶ τὰς μείζονας, μείζοας, μείζους, καὶ τὰ μείζονα, μείζοα, μείζω.

Ceterùm nomina, quae in omnibus casibus contrahuntur, appellant grammatici ὁλοπαθῆ; quae verò tantùm in quibusdam, ὀλιγοπαθῆ.

---

# CAPUT VII.

# DE HETEROCLITIS.

Quaedam heteroclita variant genere, quaedam declinatione, quaedam terminatione, quaedam aliis modis.

Genere variant haec: δεσμὸς *vinculum*, ἐρετμὸς *remus*, ζυγὸς *jugum*, κύκλος *circulus*,

λύχνος *lucerna*, μοχλὸς *vectis*, νῶτος *dorsum*, σταθμὸς *statio*, τράχηλος *collum*. In singulari enim masculina sunt, neutra in plurali: τὰ δεσμὰ, τὰ ἐρετμά.

ANNOTATIO.

*Usurpantur tamen in masculino quoque genere*: οἱ δεσμοὶ, ἐρετμοὶ, κύκλοι, λύχνοι, μοχλοὶ, τράχηλοι. *Leguntur etiam apud poëtas* μηρὰ *pro* μηροὶ femora, δόρπα *pro* δόρποι coenae. *Masculinis praedictis addendum est* ὁ δίφρος currus, biga, *quamvis multi velint esse femininum.*

Femininum κέλευθος *via*, et commune ὁ καὶ ἡ τάρταρος, neutra sunt in plurali; κέλευθα, τάρταρα. Invenias etiam κελεύθους.

ἡ γυνὴ *mulier*, ἡ ὁδός *via*, ἡ πόλις *civitas*, ἡ χεὶρ *manus*, masculina sunt in nominativo et accusativo dualis numeri: τὼ γυναῖκε, ὁδὼ, πόλιε, χεῖρε.

ANNOTATIO.

*Idem in aliis quoque accidit: legimus enim* τὼ φύσεε, τὼ ἡμέρα, τὼ τέχνα: *immò Euripides in singulari* τοῦ δόξης, *et Synesius* τοῦ συμφορᾶς, *et Sophocles* τοῦ σάλπιγγος *dixit. Quidam putant haec et similia vocabula verè esse, et manere generis fe-*

*minini, et tantum in articulo esse mutationem generis: atticos enim usurpare articulum masculinum τὼ pro feminino τά.*

Heteroclita, quae declinatione variant, vel unius sunt in nominativo terminationis, vel diversae.

## UNIUS TERMINATIONIS.

ὁ Δάρης, Δάρου, Δάρητος *Dares*: ὁ Λάχης, Λάχου, Λάχητος *Laches*: ὁ Θαλῆς, Θαλοῦ, vel Θάλης, Θάλητος *Thales*: sic ὁ Χρέμης *Chremes*, ὁ μύκης *fungus*: ὁ Ἄρης, Ἄρου, jonicè Ἄρεω *Mars*; Ἄρης, Ἄρητος: Ἄρης, Ἄρεος, Ἄρειος, Ἄρους, Ἄρευς: ὁ νοῦς *mens*, τοῦ νοῦ, καὶ τοῦ νοὸς, τῷ νοΐ: ὁ δίπους, δίπου, δίποδος *bipes*: τρίπους, τρίπου, τρίποδος *tripes*: sic cetera à ποῦς composita, ut Οἰδίπους *Oedipus*, Οἰδίπου, Οἰδίποδος: dicitur etiam ὁ Οἰδιπόδης. ὁ Μίνως *Minos*, τοῦ Μίνω, Μίνωος: ὁ γέλως *risus*, γέλω, γέλωτος: ὁ Πάρις *Paris*, Πάριδος, et Πάριος: τὸ γάλα *lac*, γάλακτος, ab inusitato γάλαξ.

ἡ γυνὴ, γυναικὸς, γυναικὶ, γυναῖκα, ὦ γύναι. Dativo plur. γύναιξὶ, ab inusitato γύναιξ *mulier*.

Μέγας *magnus*, et πολὺς *multus*, accipiunt suos obliquos per omnia genera, omnesque numeros ab inusitatis μεγάλος et πολλὸς, praeter accusativum singularem masculinum, nominativumque et accusativum neutrum.

ὁ μέγας, τοῦ μεγάλου, τῷ μεγάλῳ, τὸν μέγαν.
Fem. ἡ μεγάλη, τῆς μεγάλης, τῇ μεγάλῃ, τὴν μεγάλην.
Neut. τὸ μέγα, τοῦ μεγάλου.
ὁ πολὺς, τοῦ πολλοῦ, τῷ πολλῷ, τὸν πολύν.
Fem. ἡ πολλὴ, τῆς πολλῆς.
Neut. τὸ πολὺ, τοῦ πολλοῦ.
Usurpant tamen poëtae rectos πολλὸς, πολλόν. Iidem regulariter declinant ὁ πολὺς, τοῦ πολέος, hinc accusativus τοὺς πολέας *multos.*
ἡ χεὶρ *manus*, χειρὸς, poëticè χερὸς, unde dativus pluralis χερσὶ, et genitivus dualis ταῖν χεροῖν.
ὁ Ζεὺς, Διὸς, Διὶ, Δία, ὦ Ζεῦ *Iupiter.*
τὸ ὕδωρ, ὕδατος *aqua.*
ὁ Ἀριστοφάνης, Ἀριστοφάνεος, τὸν Ἀριστοφάνην, οἱ Ἀριστοφάναι, τοὺς Ἀριστοφάνας. Nam quaedam propria nomina primae contract. habent interdum casus parisyllabicos primae simplicium, ut diximus cap. 5. pag. 71. Quod etiam accidit compositis ab ἔτος *annus* : ἑπταέτης *septennis*, οἱ ἑπταέται, τοὺς ἑπταέτας: διέτης *biennis*, τριέτης *triennis*, ἑξέτης *sexennis*: vel διετὴς, τριετὴς : utroque enim modò à doctis scribitur.

## ANNOTATIO.

*Propter hanc diversitatem heteroclitorum sub una terminatione, nascitur etiam apud latinos quaedam diversitas, dum* Dares,

Daris, Daretis, Darem, Daretem *seu* Dareta, *et* ὁ Dares *vel* Dare *usurpant. Sic* Chremes, Chremae, *vel* Chremis, Chremetis, *et idem judicium esto de aliis his similibus.* Sic *composita nonnulla à* πούς *dupliciter declinant*: Oedipus, Oedipi, *vel* Oedipodis: Polypus, Polypi, Polipodis.

## DIVERSAE TERMINATIONIS.

ὁ Μασῆς, τοῦ Μασοῦ *Moyses*: ὁ Μωϋσῆς, τοῦ Μωϋσοῦ: ὁ Μωσεὺς, τοῦ Μωσέως: ὁ Μωϋσεὺς, τοῦ Μωϋσέως.

τὸ γόνυ *genu*, γόνυος, et metathesi γουνός: τὸ γόνας, γόνατος.

τὸ δόρυ *hasta*, δόρυος, metathesi δουρός: τὸ δόρας, δόρατος: τὸ δοῦρας, δούρατος: τὸ δόρος, δόρεος, δόρους.

ὁ λᾶας *lapis*, λᾶαος, et crasi λᾶος: ὁ λᾶος, τοῦ λάου, τὸν λᾶον: ὁ λάας, τοῦ λάα, τῷ λάα, per primam simplicium τὸ λᾶος, τοῦ λάεος: ὁ λᾶϊς, λᾶϊος: ὁ λᾶς, τοῦ λαός.

ὁ υἱὸς, τοῦ υἱοῦ *filius*: ὁ υἶϊς, τοῦ υἷϊος, υἷος: ὁ υἱεὺς, τοῦ υἱέως.

ὁ μάρτυρ, μάρτυρος *martyr*, *testis*: ὁ μάρτυρος, μαρτύρου.

ὁ ψίθυρ, ψίθυρος *susurro*: ὁ ψίθυρος, ψιθύρου: saepe enim à genitivo imparisyllabo formatur nominativus, qui declinetur parisyllabicè, genere nonnunquam diversus: ἡ κάλυξ, κάλυκος; ἡ καλύκη, καλύκης *calix*, *flos rosae*

*non expansus*, *folliculus*: ὁ χιτὼν, χιτῶνος; ἡ χιτώνη *tunica*: τὸ δάκρυ, τοῦ δάκρυος; τὸ δάκρυον *lacryma*.

Tribus casibus flectitur ἀλλήλων, ἀλλήλοις, ἀλλήλους. Fem. ἀλλήλων, ἀλλήλαις, ἀλλήλας. Neut. ἀλλήλων, ἀλλήλοις, ἄλληλα. Quamquam et ἀλλήλοιν, ἀλλήλαιν in duali numero reperies. Exponitur per adverbia *invicem*, *mutuò*; vel per nomina *alter alterius*, *alii alios*.

Plurima alia apud graecos sunt, quae cùm idem significent, duplicem tamen terminationem, et saepè duplex genus habent: ὁ θρῆνος, θρήνου; τὸ θρῆνος, θρήνεος *luctus*: τὸ δῶμα, δώματος; ὁ δόμος, δόμου *domus*: ἡ νείκη, νείκης; τὸ νεῖκος, νείκεος *rixa*: ὁ ἀσπασμὸς καὶ τὸ ἄσπασμα *salutatio*. Et alia hujus notae.

ANNOTATIO.

Ζεὺς, τοῦ διός. *Sunt qui decem hujus nominis nominativos adferant*: ζεύς: ζὴν, τοῦ ζηνός: ζὰν, τοῦ ζανός: ζὴς *vel* ζάς: δεὺς *vel* βδεύς: δὶς *à quo propriè* διός: δὴν *vel* δάν.

# DE LICENTIIS POETICIS
## CIRCA MUTATIONES
### DECLINATIONUM.

*Poëtae dativum singularem secundae declinationis simplicium, et dativum singularem et pluralem tertiae, et accusativum singularem ejusdem, per metaplasmum saepè immutant in similem casum quintae declinationis; ut in subjectis exemplis cernere licet.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| τῇ | ὑσμῖνι | *pro* | ὑσμίνῃ | ὑσμίνη bellum, pugna. |
| | ἀλκί | | ἀλκῇ, | ἀλκὴ robur. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| τῷ | κλάδι | *pro* | κλάδῳ, | κλάδος ramus. |
| | πολυπλάταγι | | πολυπλατάγῳ, | πολυπλάταγος multistrepus. |
| | μελίκρατι | | μελικράτῳ, | μελίκρατον mulsum. |
| | λιτὶ | | λιτῷ, | λιτὸν pannus lineus. |
| | τῇ παρθένι | | παρθένῳ, | παρθένος virgo. |

τὸν ἰκτῖνα *pro* ἰκτῖνον, ἀ *recto* ἰκτῖνος milvus; *reperitur tamen* ὁ ἰκτίν.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| τοῖς | ἄστρασι | pro | ἄστροις, | ἄστρον sidus. |
| | ἔγκασι | | ἐγκάτοις, | ἔγκατον intestinum. |
| | ϖρόβασι | | ϖροβάτοις, | ϖρόβατον ovis. |
| | πέταλσι | | ϖετάλοις, | ϖέταλον folium |
| | ἀνδραπόδεσσι | | ἀνδραπόδοις, | ἀνδράποδον mancipium. |
| | προσώπασι | | ϖροσώποις | ϖρόσωπον persona |
| | δένδρεσι | | δένδροις, | δένδρον arbor. |
| | κλάδεσι | | κλάδοις, | κλάδος ramus. |

*Reperitur quoque* τὰ κρίνεα lilia, *à* κρίνον; τὰ ϖροσώπατα, τῶν ϖροσωπάτων personae facies, *a* ϖρόσωπον: τῶν μηλώτων *pro* μήλων, *a* μῆλον ovis, *item* malum *seu* pomum.

*Aeoli pro dativis quintae usurpant dativos tertiae*: τοῖς γερόντοις *pro* γέρουσι, senibus: τοῖς διλημμάτοις, παθημάτοις *pro* διλέμμασι, παθήμασι. *Quos latini videntur imitari dum dicunt*, dilemmatis, epigrammatis.

Quaedam nomina nullam declinationem sequuntur; ut diminutiva circumflexa in ῦς: ὁ Καμῦς, τοῦ Καμῦ, τῷ Καμῦ, τὸν Καμῦν *Camylus*: ὁ Διονῦς *Bacchulus*: et sacrosanctum nomen ὁ Ἰησοῦς, τοῦ Ἰησοῦ, τῷ Ἰησοῦ, τὸν Ἰησοῦν, ὦ Ἰησοῦ. Et haec de heteroclitis.

# CAPUT VIII.

DE

# FORMATIONIBUS ADJECTIVORUM.

Tertiae declinationis masculina in ος faciunt femininum in η, neutrum in ον: ὁ καλὸς, ἡ καλὴ, τὸ καλὸν *pulcher pulcra pulcrum*.

Excipe finita in ός purum, aut ρος, haec enim habent femininum in α: ὁ ἅγιος *sanctus*, ἡ ἁγία, τὸ ἅγιον: ὁ ἀνθηρὸς *floridus*, ἡ ἀνθηρὰ, τὸ ἀνθηρόν.

Praeter ὁ ὄγδοος *octavus*, ἡ ὀγδόη, τὸ ὄγδοον: ὁ ἁπλόος *simplex*, ἡ ἁπλόη, τὸ ἁπλόον: et reliqua à πλόος composita.

Excipe secundò ἄλλος, ἄλλη, ἄλλο *alius*: et alia nonnulla, quorum neutrum in ο exit; de quibus supra cap. 4. pag. 41.

ANNOTATIO.

*Aliqui excipiunt etiam* ὁ χρύσεος aureus, ἡ χρυσέη, τὸ χρύσεον: ὁ χάλκεος aereus, ἡ χαλκέη, τὸ χάλκεον. *Verum alii rectè vo-*

*lunt non esse communes terminationes, sed jonicas: χρυσέα enim et χαλκέα sunt communia feminina. Illa verò* χρυσῆ aurea, ὑαλῆ vitrea, χαλκῆ aerea, *et similia, regularia sunt à contractis* χρυσοῦς, ὑαλοῦς, χαλκοῦς: *vide suprà pag.* 84.

Apud atticos nomina in ος habentur communia; maximè si sint composita, et derivativa: ὁ καὶ ἡ φιλόσοφος *philosophus;* πάμφιλος *omnibus carus;* εὔπορος *parabilis, dives;* ὁ καὶ ἡ κόσμιος (à κόσμος) *modestus, mundus;* ὁ καὶ ἡ φρόνιμος *prudens;* χρήσιμος *utilis;* ἔνδοξος *gloriosus.*

ANNOTATIO.

*Poëtae plus sibi permittunt: praedictis enim non contenti pleraque etiam simplicia usurpant tamquam communia sub eadem terminatione:* ὁ καὶ ἡ κλυτὸς illustris, inclytus *et* inclyta: φαῦλος piger *et* pigra, nauci: κοινὸς communis: δυστηνότατος miserrimus *et* miserrima, *apud Euripidem in Suppl.*

Quartae declinationis commune ως neutrum habet ων: ὁ καὶ ἡ εὔγεως, τὸ εὔγεων *fertilis, fertile.*

Quintae declinationis nomina.

Nomina in ην faciunt femininum εινα, neutrum εν: ὁ τέρην, ἡ τέρεινα, τὸ τέρεν, *tener.* Quamvis sub eadem terminatione ὁ καὶ ἡ

5

ἄρσην seu ἄῤῥην *masculus* usurpetur; neutrum τὸ ἄῤῥεν: sicut etiam ὁ καὶ ἡ τέρην.

Commune ων, neutrum ον: ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων, τὸ εὔδαιμον *felix*.

Sic comparativa: ὁ καὶ ἡ μείζων, τὸ μεῖζον *major*, *majus*: ὁ καὶ ἡ καλλίων, καὶ τὸ κάλλιον *pulcrior*, *pulcrius*.

ἄκων, ἄκοντος facit ἄκουσα, τὸ ἄκον *invitus*, *a*, *um*, sic ἑκὼν *lubens*, ἑκοῦσα, ἑκόν.

Commune ωρ, neutrum ορ: ὁ καὶ ἡ ἀπάτωρ *sine patre*, τὸ ἄπατορ; sed hoc neutrum rarum est.

Nomina quintae in ας femininum habent in αινα, neutrum in αν: ὁ μέλας, μέλαινα, μέλαν *niger*: τάλας, τάλαινα, τάλαν *miser*.

Excipe cum compositis πᾶς, πᾶσα, πᾶν *omnis*. Et participia in ας: τύψας, τύψασα, τύψαν: ἱστὰς, ἱστᾶσα, ἱστάν. μέγας (tertiae simplicium) femininum habet μεγάλη, neutrum μέγα.

ὁ καὶ ἡ φιλόπαις *amans liberorum*, et similia carent neutro.

Nomina in εις femininum εσσα, neutrum εν: ὁ χαρίεις, χαρίεσσα, χαρίεν *gratiosus*: τιμήεις, τιμήεσσα, τιμῆεν *honoratus*, *pretiosus*, et per contractionem τιμῆς, τιμῆσσα, τίμῆν: μελιτοῦς, μελιτοῦσσα, μελιτοῦν *melleus*, pro μελιτόεις, μελιτόεσσα, μελιτόεν. Excipe εἷς, μία, ἓν *unus*, *una*, *unum*.

Participia passiva et activa in εις femininum εισα, neutrum εν: τυφθεὶς, τυφθεῖσα, τυφθὲν:

τυπεὶς, τυπεῖσα, τυπὲν *verberatus*: τιθεὶς, τιθεῖσα, τιθὲν *ponens*: θεὶς, θεῖσα, θὲν *qui posuit.*

Commune in ης, neutrum ες: ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, τὸ ἀληθὲς *verus.*

Commune ις, neutrum ι: ὁ καὶ ἡ φιλόπατρις, τὸ φιλόπατρι *amans patriae*: ὁ καὶ ἡ τὶς, τὸ τὶ *quis, quae, quid.*

Commune ους, neutrum ουν: ὁ καὶ ἡ πολύπους, τὸ πολύπουν *multipes*: sic ὁ καὶ ἡ εὔνους, το εὔνουν *benevolus.*

Masculina in υς, femininum εια, neutrum υ: γλυκὺς, γλυκεῖα, γλυκὺ *dulcis*: ὀξὺς, ὀξεῖα, ὀξὺ *acutus*: ἥμισυς, ἡμίσεια, ἥμισυ *dimidius.*

Commune υς, neutrum υ: ὁ καὶ ἡ ἄδακρυς *sine lacrymis*, τὸ ἄδακρυ.

Participia praeteriti temporis activa vel media in ὼς femininum in υῖα, neutrum in ὸς: τετυφὼς *qui verberavit*, τετυφυῖα, τετυφὸς: τετυπὼς, τετυπυῖα, τετυπός.

Omnis generis sub una terminatione dicitur esse ὁ, ἡ, τὸ μάκαρ *beatus*. Alii putant nulla hujus generis reperiri. Apud Orpheum legitur femininum μάκαιρα.

---

★

# CAPUT IX.

# DE FORMATIONE SUBSTANTIVORUM.

A substantivis quibusdam masculinis formantur quaedam substantiva feminina, idque in pluribus declinationibus.

A nominibus primae simplicium haec et similia in ρια: ὁ ψάλτης *cantor*, ψάλτρια *cantatrix:* ὁ ποιητὴς *poëta*, ἡ ποιήτρια *poëtria*; vel ἡ ποιητὶς, ποιητίδος *poëtis, poëtidos*: ὁ τυμπανιστὴς *qui tympana pulsat*, ἡ τυμπανίστρια: αὐλητὴς *tibicen*, ἡ αὐλήτρια, vel αὐλητρὶς *tibicina*.

Vel in τις: ὁ προφήτης *propheta*, ἡ προφῆτις, ιδος *prophetissa*, *prophetis*: ὁ παρακοίτης *maritus*, ἡ παρ'κοῖτις *uxor*: ὁ δεσπότης *dominus*, ἡ δέσποτις *domina*: ὁ μ'ντης *vates*, ἡ μ'ντις *vates mulier*: ὁ σκύθης, ἡ σκυθὶς *mulier ex Scythia*.

Vel in εια: ὁ προφήτης, ἡ προφητεία *prophetia:* ὁ λάτρης *cultor, servus*, λατρεία *servitus, cultus:* ὁ δεσπότης *dominus*, δεσποτεία *dominatio*.

Vel in αινα et οινα: ἰχθυοπώλης *piscium*

*venditor*, ἰχθυοπώλαινα *piscium venditrix*: δεσπότης *herus*, δέσποινα *hera*.

A nominibus tertiae simplicium fiunt haec et similia in αινα: ὁ μάγειρος *coquus*, μαγείραινα *coqua*: ὁ σκορπίος, ἡ σκορπίαινα *scorpius*: θεὸς *Deus*, θέαινα *Dea*: λύκος *lupus*, λύκαινα *lupa*.

Vel in α et η: θεὸς *Deus*, θεὰ *Dea*: δοῦλος *servus*, δούλη *serva*.

Vel in ις: ἀμνὸς *agnus*, ἀμνὶς *agna*: κυνηγὸς *venator*, κυνηγὶς *venatrix*.

Vel in εια: ὁ δοῦλος *servus*, δουλεία *servitus*: ὁ μοῖχος *adulter*, μοιχεία *adulterium*.

A nominibus quintae declinationis haec et alia hujusmodi in αινα: ὁ τέκτων *fabricator*, τέκταινα *fabricatrix*: ὁ λέων *leo*, λέαινα *leaena*: ὁ θεράπων *famulus*, θεράπαινα *famula*, et θεραπαινὶς: ὁ λάκων, ἡ λάκαινα *lacaena*.

Vel in σα: ὁ ἄναξ *rex*, ἄνασσα *regina*: πένης *pauper*, ἡ πένησσα *pauper femina*. Et gentilia ὁ θρᾶξ, ἡ θρᾶσσα, *thrassa* vel *thressa*: κρῆς *cretensis*, κρῆσσα *cressa*: λίβυς *libys*, λίβυσσα *libyssa*: φοίνιξ *phoenix*, φοίνισσα *phoenissa*.

Vel in ειρα: ὁ δοτὴρ *dator*, ἡ δότειρα *datrix*, quamvis etiam formari possit à δότης.

A nominibus tertiae contractarum varia quoque formantur substantiva: ὁ βασιλεὺς *rex*, βασίλισσα, βασίλιννα, βασίλεια *regina*, et βασιλεία *regnum*: ἱερεὺς *sacerdos vir*, ἱέρεια *sacerdos femina*.

Ab adjectivis primae declinationis contractae fiunt usitatissima substantiva in εια proparoxytona: ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, ἀλήθεια *veritas:* ὁ καὶ ἡ ἀσελγὴς, ἀσέλγεια *impuritas*: ἀσεβὴς, ἀσέβεια *impietas*: ἀμαθὴς *indoctus*, ἀμάθεια *inscitia*, et ἀμαθία: sicut ab ἀτυχὴς *infelix*, καὶ εὐτυχὴς *felix*; ἀτυχία *infelicitas*, εὐτυχία *felicitas*.

Ab adjectivis in ους tertiae fiunt substantiva proparoxytona in οια: εὔνους, εὔνοια *benevolentia*, ἄνοια *amentia:* διάνους, διάνοια *mens*: διάῤῥους *profluvium*, διάῤῥοια.

# DE FORMATIONE

## POSSESSIVORUM

## ET

## SIMILIUM NOMINUM.

FORMANTUR praeterea adjectiva à substantivis, quorum alia possessionem significant, alia materiam et similitudinem seu affectionem quandam, alia copiam. Haec exeunt, partim in κός acutum: ἄνθρωπος, ἀνθρωπικὸς *humanus*: Πλάτων, πλατωνικὸς *platonicus*: ἀχαϊκὸς *achaicus*, ῥητορικὸς *rhetoricus*. Partim in ειος: ἀνθρώπειος *humanus*, ἀχίλλειος *achilléus*, ἡσιόδειος *hesiodéus*. Partim in εος: ἑκτόρεος *hectoreus*, χρύσεος *aureus*,

ἀργύρεος *argenteus*. Partim in ινος: ὁ λίθος *lapis*, λίθινος *lapideus*: τὸ ξύλον *lignum*, ξύλινος *ligneus*: θάλασσα *mare*, θαλάσσινος *marinus*. Partim in ώδης: λιθώδης *lapideus*. Item in ῷος, et μος: πατρῷος *paternus*, νόμιμος *aequus*, *justus*.

Spectant huc etiam, quae denominativa à grammaticis appellantur: ὁ φίλος *amicus*, à quo ὁ φίλων *Philo*; φιλία, φιλότης *amicitia*, σώφρων *temperans*, à quo σωφροσύνη *temperantia*.

Ab adjectivis fiunt quoque alia adjectiva, ἄπειρος *immensus*, ἀπειρέσιος vel ἀπερείσιος. Et à substantivis substantiva: ὁ οἶκος *domus*, οἰκέτης *servus domesticus*: δῆμος *populus*, *tribus*, δημότης *popularis*, *tribulis*.

Nomina quae gentem, nationem, patriamve significant, formantur partim substantiva à substantivis: Σπάρτη *Sparta*, σπαρτιάτης *spartiata*: Ἤπειρος *Epirus*, ἠπειρώτης *epirota*: Σαμάρεια *Samaria*, σαμαρείτης *samaritanus*: Νεάπολις *Neapolis*, νεαπολίτης *neapolitanus*. Partim verò adjectiva à substantivis: Ῥώμη *Roma*, ῥωμαῖος *romanus*: Ἀθῆναι *Athenae*, ἀθηναῖος *atheniensis*.

## DIMINUTIVA.

FORMANTUR ab appellativis, variasque habent terminationes: ων, αξ, ᾶς, σκος, λος, ῦς. Βάκχων *Bacchulus*, μωρίων *stultulus*, Ῥό-

δαξ *Rhodiolus*, λίϑαξ *lapillus*, Ζηνᾶς a Ζηνόδωρος *Zenodorulus*, νεανίσκος *juvenis*, ναυτίλος *nautula*, Διονῦς *Dionysulus*.

Feminina desinunt in ων, ις, σκη, vel generalius η: ὕψων, ab Ὑψιπύλη *hypsipylula*, ἡ κρηνὶς *fonticulus*, παιδίσκη *puellula*, πολίχνη *civitatella*.

Formatio in ιον neutrorum est, et usitatissima: τὸ κόριον, κορίδιον, κορίσκιον, et κοράσιον *puellula*; ἀνθρώπιον, ἀνθρωπάριον *homuncio*, *homulus*; γνωμίδιον *sententiola*; πολίχνιον *parvula civitas*; χιτώνιον, χιτωνάριον, χιτωνισκάριον *tunicella*. Et sic de ceteris: à multis enim non unum duntaxat oritur diminutivum, sed plura, tria scilicet, aut etiam quatuor: ὁ ἄνθρωπος *homo*, ἀνθρώπιον, ἀνθρωπάριον, ἀνθρωπίσκος, *homulus*, *homuncio*, *homunculus*: sic à κόρη, praeter quatuor paulò antè dicta, fit etiam κορίσκη: et à χιτὼν, χιτωνίσκος.

ANNOTATIO.

***Circa has nominum formationes observa non quodvis à quovis deduci, sed videndum esse quid usus ferat: dari tamen subinde nova quoque fingendi licentiam, sed prudenter sumptam. Diligenter porrò addiscendae sunt istae nominum derivationes, ut, uno vocabulo in plura diducto, copiam graecanicarum vocum nobis pare-***

*mus. Et quamvis alii nonnulli multò plures diminutivorum species adferant, istae tamen juventuti sufficient. De verbalibus agemus suo loco, cap.* XVI. *et de patronymicis lib.* III. *cap.* XXIII.

## CAPUT X.

# DE GRADIBUS

## COMPARATIONIS.

Comparatio duplex est, regularis, et irregularis. Regularis habet has in positivo terminationes : ας, ης, υς, εις, ος, ους, ων.

Comparativus masculinus in τερος, superlativus in τατος : femininus in τέρα et τάτη: neuter in τερον et τατον exit, ut in sequentibus exemplis apparet.

| | | | |
|---|---|---|---|
| μέλας, | μελάντερος, | μελάντατος, | *niger.* |
| μέλαινα, | μελαντέρα, | μελαντάτη, | *nigra.* |
| μέλαν, | μελάντερον, | μελάντατον, | *nigrum.* |

Eodem modo comparatur ὁ τάλας, *miser.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ἀληθὴς, | ἀληθέστερος, | ἀληθέστατος, | *verus.* |
| εὐρὺς, | εὐρύτερος, | εὐρύτατος, | *latus.* |
| χαρίεις, | χαριέστερος, | χαριέστατος, | *gratiosus.* |
| σοφὸς, | σοφώτερος, | σοφώτατος, | *sapiens.* |

ἁπλοῦς, ἁπλούστερος, ἁπλούστατος, *simplex*.
εὐδαίμων, εὐδαιμονέστερος, εὐδαιμονέστατος, *felix*.

ANNOTATIO.

*Plures adjectivorum, quae regulariter comparantur, non sunt terminationes: nam μακαρτάτη à μάκαρ rarum et extraordinarium est.*

Ex ος, cùm vocalis longa naturâ vel positione, aut diphthongus praecedit, fit ότερος, ότατος, per ο μικρόν: ἔνδοξος, ἐνδοξότερος, ἐνδοξότατος, *gloriosus*: πρᾶος, πρᾳότερος, πρᾳότατος, *mitis*.

At si vocalis brevis praecedat, fit ώτερος et ώτατος per ω μέγα: σοφὸς, σοφώτερος, σοφώτατος, *sapiens*.

Excipe κενὸς, κενότερος, κενότατος, *vacuus*: στενὸς, στενότερος, στενότατος, *angustus*. Reperitur tamen στενώτερον et κενώτερον.

ANNOTATIO.

*Sunt et alia nonnulla, quae utroque modo scribuntur: cùm scilicet vocalis, quae praecedit* ος, *anceps est ( id est, modò brevis, modò longa ) in eadem dictione*: ἴσος, ἰσότερος, *vel* ἰσώτερος aequalis: ἱκανὸς aptus, sufficiens, ἱκανώτερος *et* ἱκανότερος. *Quia horum vocalis modò brevis est, modò longa: quod tamen non fit in omnibus.*

# IRREGULARIS COMPARATIO.

Illa dicitur, quae non tantùm in nominibus adjectivis, sed etiam in aliis fit modo non consueto, et certâ lege; cujusque comparativus cum superlativo saepe aliter quam in τερος et τατος exit. Exempla nominum adjectivorum haec sunt.

Ἀγαθὸς *bonus*. Comparat. ἀμείνων, ἀρείων, βελτίων, κρείττων, λῴων *melior*. Superlat. ἄριστος, βέλτιστος, κράτιστος, λῷστος, et quandoque ἀγαθώτατος *optimus*.

Κακὸς *malus*. Comparat. κακίων, χείρων; χερείων *pejor*. Superlat. κάκιστος, χείριστος *pessimus*. Fem. κακή, κακίων, κακίστη. Neut. κακόν, κάκιον, κάκιστον. Invenitur etiam κακώτερος.

Μικρὸς *parvus*; ἐλάττων, ἥττων, μείων *minor*, et quandoque μικρότερος, μικροτατός, ἐλάχιστος *minimus*.

Καλὸς *pulcher*, καλλίων *pulcrior*, κάλλιστος *pulcherrimus*: aliquando etiam καλλιώτερος.

Αἰσχρὸς, αἰσχίων, αἴσχιστος, *turpis*.

Ἐχθρὸς, ἐχθίων, ἔχθιστος *inimicus*; nonnunquam ἐχθρότερος, ἐχθρότατος.

Φίλος, φίλτερος, φίλτατος, *amicus*, (poëticè φίλιστος) pro φιλώτερος, φιλώτατος; atticè φιλαίτερος, φιλαίτατος. Quae terminatio in aliis quoque usitata est: ut ἴδιος, ἰδιαίτερος, ἰδιαίτατος,

*proprius*: ἥσυχος, ἡσυχαίτερος, ἡσυχαίτατος, *quietus*. Sic ἴσος *aequalis*, μέσος *medius*, πλησίος *propinquus*, ὄψιος *serus*.

Μέγας, μείζων, μέγιστος, *magnus*.

Πολὺς, πλείων, πλεῖστος, *multus*.

Ῥάδιος, ῥᾴων, ῥᾷστος, facilis, jonicè ῥηΐδιος.

Λάλος, λαλίστερος, λαλίστατος, *loquax*.

ANNOTATIO.

*Attici multa alia per* ίστερος *et* ίστατος *comparant*: λάγνος, λαγνίστερος, λαγνίστατος, libidinosus: ὀλίγος, ὀλιγίστερος, ὀλιγίστατος, et ὀλίγιστος, paucus: ἀλαζὼν, ἀλαζονίστερος, ἀλαζονίστατος, superbus.

*Nonnulla etiam in* έστερος *et* έστατος *exeunt apud atticos, pro* τερος *et* τατος: ἄφθονος, ἀφθονέστερος, ἀφθονέστατος, abundans: ἄκρατος, ἀκρατέστερος, ἀκρατέστατος, purus: σπουδαῖος, σπουδαιέστερος, σπουδαιέστατος, studiosus.

Quaedam in υς oxytona ( ut βαθὺς *profundus*, βραδὺς *tardus*, γλυκὺς *dulcis*, ἡδὺς *suavis*, παχὺς *crassus*, ὠκὺς *celer* ) comparantur per ύτερος et ύτατος, et per ίων et ιστος: βαθὺς *profundus*, βαθύτερος, βαθύτατος, vel βαθίων, βάθιστος. Fem. βαθεῖα, βαθυτέρα, βαθυτάτη, vel βαθίων, βαθίστη. Neut. βαθὺ, βαθύτερον, βαθύτατον, vel βάθιον, βάθιστον.

Fiunt quoque à comparativis et superlativis alia comparativa et superlativa: χείριστος *pessimus*, χειριστότερος: κύδιστος *maximus*, *illustrissimus*, κυδίστατος: ἔσχατος *ultimus*, ἐσχατώτατος: ἐλάχιστος *minimus*, ἐλαχιστότερος: λωΐων *melior*, λωΐτερος: πρότερος *prior*, προτεραίτερος: ῥᾴων *facilior*, ῥᾳότερος, jonicè ῥηΐτερος.

## COMPARATIO IRREGULARIS

### IN ALIIS QUAM ADJECTIVIS.

Neque tantùm adjectiva, sed et substantiva comparantur: κέρδος *lucrum*, κερδίων *lucrosior*, κέρδιστος *lucrosissimus*: ὁ κλέπτης *fur*, κλεπτίστατος *furacissimus*: ὁ βασιλεὺς *rex*, βασιλεύτερος *regalior*, βασιλεύτατος *regalissimus*.

Secundò verba: βάλλω *mitto*, βέλτερος vel βελτίων *melior*, βέλτιστος, βέλτατος *optimus*: φέρω *fero*, φέρτερος *praestantior*, φέρτατος, φέριστος, φέρτιστος *praestantissimus*.

Tertiò pronomina: αὐτὸς, αὐτότατος *ipsissimus*.

Deducuntur etiam ab adverbiis nomina comparativa et superlativa: ἄνω *supra*, ἀνώτερος *superior*, ἀνώτατος *supremus*: κάτω *infra*, κατώτερος *inferior*, κατώτατος *infimus*: ἐγγὺς *propè*, ἐγγύτερος *propior*, ἐγγύτατος *proximus*; vel ἐγγίων, ἔγγιστος.

Et à praepositionibus: ὑπὲρ *supra*, ὑπέρτερος *superior*, ὑπέρτατος *supremus*: πρὸ *antè*, πρότερος *prior*, πρότατος, πρῶτος *primus*.

# CAPUT XI.

## DE

# NUMERALIBUS.

Numeralium quaedam sunt cardinalia, quaedam ordinalia.

Prioris generis censentur εἷς *unus*, δύο vel δύω *duo*, τρεῖς *tres*, τέσσαρες *quatuor*, quae sic inflectuntur.

Masc. εἷς *unus*, ἑνὸς, ἑνὶ, ἕνα.
Fem. μία *una*, μιᾶς, μιᾷ, μίαν.
Neut. ἓν *unum*, ἑνὸς, ἑνὶ, ἕν.

Eodem modo declinantur composita ab εἷς, οὐδεὶς et μηδεὶς *nemo*, *nullus*; οὐδεμία, μηδεμία; οὐδὲν, μηδέν.

Δύο.

Δύο *duo*, dualis numeri. Atticè δύω; genitivo et dativo δυοῖν, et δυεῖν. Invenitur etiam in plurali δυῶν, et δυσί. Poëtae δοιὼ et δοιοὶ usurpant.

Τρεῖς.

Plur. οἱ, αἱ τρεῖς, καὶ τὰ τρία *tres*, et *tria*: τῶν τριῶν *trium*: τοῖς, ταῖς, τοῖς τρισὶ *tribus*: τοὺς, τὰς τρεῖς, καὶ τὰ τρία *tres*, et *tria*.

Τέσσαρες.

Plur. οἱ, αἱ τέσσαρες ( jonicè τέσσερες, doricè τέτορες, poëticè πίσυρες ) Neut. τὰ τέσσαρα *quatuor*: τῶν τεσσάρων: τοῖς, ταῖς, τοῖς τέσσαρσι: τοὺς, τὰς τέσσαρας, τὰ τέσσαρα.

A quatuor usque ad centum non declinantur numeralia, nisi constent particulis declinabilibus. πέντε *quinque*, ἕξ *sex*, ἑπτὰ *septem*, ὀκτὼ *octo*, ἐννέα *novem*, δέκα *decem*, ἕνδεκα *undecim*, δώδεκα *duodecim*, δεκατρεῖς *tredecim*, δεκατέσσαρες *quatuordecim*, δεκαπέντε *quindecim*, δεκαέξ *sedecim*, δεκαεπτὰ *septendecim*, δεκαοκτὼ *octodecim*, δεκαεννέα *novendecim*, εἴκοσι *viginti*, εἰκοσιεῖς *viginti et unus*, εἰκοσιδύο *viginti duo*, etc. τριάκοντα *triginta*, τεσσαράκοντα *quadraginta*, πεντήκοντα *quinquaginta*, ἑξήκοντα *sexaginta*, ἑβδομήκοντα *septuaginta*, ὀγδοήκοντα *octoginta*, ἐννενήκοντα *nonaginta*, ἑκατὸν *centum*.

Quae numerum centenarium sequuntur declinabilia sunt. οἱ διακόσιοι *ducenti*, αἱ διακόσιαι *ducentae*, τὰ διακόσια *ducenta*; οἱ τριακόσιοι *trecenti*, οἱ τεσσαρακόσιοι *quadringenti*, οἱ πεντακόσιοι *quingenti*, οἱ ἑξακόσιοι *sexcenti*, οἱ ἑπτακόσιοι *septingenti*, οἱ ὀκτακόσιοι *octingenti*, οἱ ἐννεακόσιοι *nongenti*; οἱ χίλιοι *mille*,

οἱ δισχίλιοι *bis mille*, οἱ τρισχίλιοι *ter mille*, οἱ τετρακισχίλιοι *quater mille*, οἱ πεντακισχίλιοι *quinquies mille*, οἱ ἑξακισχίλιοι *sexies mille*, οἱ ἑπτακισχίλιοι *septies mille*, οἱ ὀκτακισχίλιοι *octies mille*, οἱ ἐννεακισχίλιοι *novies mille*; οἱ μύριοι *decies mille*, δισμύριοι *vicies mille*, οἱ τρισμύριοι *tricies mille*; et sic deinceps.

Ordinalia illa sunt, quae non absolutè numerum, sed numerum cum ordine significant; et ad interrogationem πόστος *quotus* aptè respondentur. πρῶτος *primus*, δεύτερος *secundus*, τρίτος *tertius*, τέταρτος *quartus*, πέμπτος *quintus*, ἕκτος *sextus*, ἕβδομος *septimus*, ὄγδοος *octavus*, ἔννατος *nonus*, δέκατος *decimus*, ἑνδέκατος *undecimus*, δυοκαιδέκατος *duodecimus*, τρισκαιδέκατος *decimus tertius*, τεσσαρεσκαιδέκατος, etc. εἰκοστὸς *vicesimus*, εἰκοστὸς πρῶτος, εἰκοστὸς δεύτερος, etc. τριακοστὸς, τεσσαρακοστὸς, πεντηκοστὸς, ἑξηκοστὸς, ἑβδομηκοστὸς, ὀγδοηκοστὸς, ἐννενηκοστὸς, ἑκατοστὸς *centesimus*: διακοσιοστὸς, τριακοσιοστὸς etc. χιλιοστὸς *millesimus*, δισχιλιοστὸς *bis millesimus*: μυριοστὸς *decies millesimus*, δισμυριοστὸς *vicies millesimus*: et sic deinceps.

Ab his non multùm discrepant illa numeralia, quae à nonnullis temporalia vel dialia appellantur: τριταῖος, τεταρταῖος, πεμπταῖος, ἑκταῖος, ἑβδομαῖος. Quae interdum idem significant quod τρίτος, τέταρτος; interdum *triduanum*, *quartanum*: τριταῖος ἀφίκετο

*tertianus*, id est, *tertio die venit*: τριταῖος πυρετὸς *tertiana febris*. Et haec aptè redduntur ad interrogationem ποσταῖος *quoto die*.

Derivantur ex numeralibus alia quoque nomina in πλοῦς, πλάσιος, et ὰς. Διπλοῦς *duplex*, τριπλοῦς *triplex*, τετραπλοῦς *quadruplex*, quae respondent interrogationi ποσαπλοῦς *quotuplex*. Διπλάσιος *duplus*, τριπλάσιος *triplus*, τετραπλάσιος *quadruplus*; et similia, quibus respondetur interrogationi ποσαπλάσιος *quotuplus*.

Quae in ὰς exeunt substantiva sunt abstracta: ἡ μονὰς, μονάδος *unitas*: ἡ δυὰς, δυάδος *binarius numerus*: ἡ τριὰς, τριάδος *trinitas*: τετρὰς, ἑβδομὰς, ἐννεὰς, δεκὰς, et similia, χιλιὰς, μυριὰς:

De notis arithmeticis graecorum dicemus in fine hujus grammaticae.

# CAPUT XII.

# DE PRONOMINE.

Tria sunt pronomina primitiva: ἐγὼ *ego*: σὺ *tu*: οὗ *sui*.

# PARADIGMA PRIMAE PERSONAE.

Sing. ἐγὼ *ego*, ἐμοῦ *mei*, ἐμοὶ *mihi*, ἐμὲ *me*: per aphaeresin, μοῦ, μοὶ, μέ. *Atticè* ἔγωγε, ἔμουγε, ἔμοιγε, ἔμεγε.

Dual. νῷ *nos duo*, νῷν *nostrûm duorum*, vel *duobus nostrûm*.

Plur. ἡμεῖς *nos*, ἡμῶν *nostrûm*, vel *nostri*, ἡμῖν *nobis*, ἡμᾶς *nos*.

# DIALECTI HUJUS PRONOMINIS.

*Doricè* ἐγὼν, ἐγώνη, ἐγώνγα: *boeoticè* ἰώγα *et* ἰώνγα: *aeolicè* ἐγὼν, ἐγῶν. *Apud poëtas invenitur etiam* 'γὼ *per aphaeresin* τοῦ ε. *Genitivo jonicè* ἐμέο, *et poëticè* ἐμεῖο, *et aphaeresi* μέο, μεῖο, ἐμέθεν, *et o sublato* ἐμέθεν, μέθεν: *doricè* ἐμεῦ *vel* μεῦ. *Dativo doricè* ἐμίν.

*Dual.* νῶϊ: *doricè vel aeolicè* ἄμμε, nos duo. *Genitivo et dativo* νῶϊν.

*Plur. jon.* ἡμέες, ἡμέων, ἡμέας: *poëticè* ἡμεῖες, ἡμείων: *doricè* ἄμες *vel* ἄμμες, ἀμῶν, *sic* ἀμέων, ἀμᾶς: *aeolicè* ἄμμες, *leni spiritu*, ἀμμων ἀμμέων, ἄμμιν *vel* ἄμμι, ἄμμε *et* ἄμμες. *Dativo* ἡμὶν *poëtice*, *acutâ ultimâ*: *atticè* νι rò ἡμιν.

## PARADIGMA SECUNDAE PERSONAE.

Sing. σὺ *tu*, σοῦ *tui*, σοὶ *tibi*, σὲ *te*.
Dual. σφῶ *vos duo*, σφῷν *vestrûm duorum*, vel *duobus vestrùm*.
Plur. ὑμεῖς *vos*, ὑμῶν *vestrûm* vel *vestri*, ὑμῖν *vobis*, ὑμᾶς *vos*.
Additur hîc quoque omnibus casibus singularis numeri syllaba γε: σύγε, σοῦγε, σοίγε, σέγε.

## DIALECTI HUJUS PRONOMINIS.

*Dores in omnibus casibus singularis numeri mutant* σ *in* τ: τὺ, τεῦ, τοὶ, τέ. *Item pro* σὺ, τύνη *et* τύγα. *Genitivo* σέο, σεῖο, σέθεν, σέθεν: *dorice* σεῦ, τεῦ, *vel* τεοῖο. *Dativo doricè* τοὶ, τὶν, τεΐν. *Accusativo* τέ, *et* τύ.
*Dual.* σφῶϊ, *vel* ὔμμε, σφῶϊν.
*Plur.* ὑμμέες *jonicè*, *poëticè* ὑμεῖες, *doricè* ὔμες: *aeolicè* ὔμμες, *et sic in ceteris casibus*; ὑμμέων, ὑμείων, ὔμμων *vel* ὑμμέων. *Dativo* ὑμὶν *poëticè*, *aeolicè* ὔμμι, ὔμμιν.

## PARADIGMA TERTIAE PERSONAE.

Sing. οὗ *sui*, οἷ *sibi*, ἓ *se*.
Dual. σφὲ *sui duorum*, σφὶν *sibi duobus*.
Plur. σφεῖς, σφῶν *sui*, σφίσι *sibi*, σφᾶς *se*.

### ANNOTATIO.

*Cum* sui *apud latinos* careat *nominativo*, *non possunt* σφὲ *et* σφεῖς *propriè latinè reddi. Usurpantur tamen à graecis saepè loco pronominis pluralis numeri* ipsi: *nam et reliqui casus hujus pronominis adhiberi solent loco casuum pronominis* αὐτὸς, ipse. *Utimur autem primitivis pronominibus in duali propriè*, *cùm de duobus sermo est*: νὼ τυπτόμεθον, nos duo verberamur: σφὼ τύπτεσθον, vos duo verberamini: νῶν ἢ σφῶν δώσει ἄρτον, nobis vel vobis duobus dabit panem; σφὶν βούλεσθον δίδοσθαι ἐσθῆτα, sibi duobus volunt dari vestem. *Et sic in ceteris*; *nam haec exempli caussâ sufficit attulisse*.

## DIALECTI HUJUS PERSONAE.

*Hoc pronomen caret nominativo*, *sicut*

*apud latinos* sui ; *licet nonnulli pro recto adferant* ὅς. *Genitivus easdem dialectos admittit, quas alia pronomina*: ἕο, εἷο, ἕοθεν, ἕθεν, εὗ. *Dativo poëticè* ἕοι. *Acc.* ἓε *et poëticè* ἕθεν: *doricè* μὶν *seu* νὶν *ab inusitato nominativo* ἵ, *praeposito* μ *vel* ν.

*Duali poeticè* σφεὲ, *item* σφωὲ *et* σφωὶ, σφωῒν *pro* σφίν.

*Plur.* σφέες *jonicè*, *doricè* σφές: σφέων, σφείων: σφέας *et* ψὲ *pro* σφᾶς *doricè*. *Dativo* σφὶν, σφὶ, *et* φὶν *pro* σφίσι. *Est autem* μὶν *et* νὶν *omnis numeri et generis ; et non tantùm significat* se, *sed etiam* ipsum, ipsam, ipsum; ipsos, ipsas, ipsa.

## DE POSSESSIVIS PRONOMINIBUS.

Octo sunt possessiva, ἐμὸς, ἐμὴ, ἐμὸν *meus, mea, meum*: σὸς, σὴ, σὸν *tuus, tua, tuum*: ὃς, ἣ, ὃν *suus, sua, suum*: νωΐτερος, νωϊτέρα, νωΐτερον *noster, nostra, nostrum*, de duobus: σφωΐτερος, σφωϊτέρα, σφωΐτερον *vester, vestra, vestrum*, de duobus: ἡμέτερος *noster*, de pluribus: ὑμέτερος *vester*, de pluribus: σφέτερος *suus*. Masculina declinantur ut λόγος, feminina ut τιμὴ vel ἡμέρα, neutra ut ξύλον.

Derivantur possessiva ἐμὸς, σὸς, ὅς, à tribus primitivorum genitivis, ἐμοῦ, σοῦ, οὗ:

νωΐτερος verò et σφωΐτερος, à genitivis dualibus νῶϊν et σφῶϊν. Reliqua tria ἡμέτερος, ὑμέτερος, σφέτερος, à genitivo plurali ἡμῶν, ὑμῶν, σφῶν. Usurpantur autem saepissime primitiva pro possessivis in omnibus numeris et generibus.

## DIALECTI HORUM PRONOMINUM.

*Easdem dialectos recipiunt, quas declinationes quibus declinantur. Praeterea dores et poëtae in possessivo* σὸς *mutant* σ *in* τ, *interposito* ε: τεὸς, τεὰ, τεὸν, *genit.* τεῶ, τεᾶς, τεῶ: *sic pro* ὃς *dicunt iidem* ἑὸς, ἑὴ, ἑὸν, ἑοῖο. Aeoles *articulum cum pronomine ita conjungunt, ut ex utroque unum fiat vocabulum:* ὁ σὸς, ὅσος, ἡ σὴ, ἥση, τὸ σὸν, τόσον. *Formant itidem dores alia possessiva à pluralibus primitivorum casibus doricis:* ἁμὸς meus, ἁμὰ ἁμὸν: ὑμὸς vester, ὑμὴ *seu* ὑμὰ, ὑμὸν: σφὸς suus, σφὴ *seu* σφὰ, σφὸν, *pro* ἡμέτερος, ὑμέτερος, σφέτερος.

---

# DE PRONOMINIBUS DEMONSTRATIVIS.

DEMONSTRATIVA duo sunt; οὗτος *hic*, ἐκεῖνος *ille*, et hoc modo inflectuntur.

SINGULARIS NUMERI.

| | Masc. | Fem. | Neut. |
|---|---|---|---|
| Nom. | οὗτος, | αὕτη, | τοῦτο, *heus tu.* |
| Gen. | τούτου, | ταύτης, | τούτου, |
| Dat. | τούτῳ, | ταύτῃ, | τούτῳ, |
| Acc. | τοῦτον, | ταύτην, | τοῦτο, |
| Voc. | ὦ οὗτος, | ὦ αὕτη, | ὦ τοῦτο. |

DUALIS NUMERI.

| | | | |
|---|---|---|---|
| N. A. | τούτω, | ταύτα, | τούτω, |
| G. D. | τούτοιν. | ταύταιν. | τούτοιν. |

PLURALIS NUMERI.

| | Masc. | Fem. | Neut. |
|---|---|---|---|
| Nom. | οὗτοι, | αὗται, | ταῦτα, *heus vos.* |
| Gen. | τούτων, | τούτων, | τούτων, |
| Dat. | τούτοις, | ταύταις, | τούτοις, |
| Acc. | τούτους, | ταύτας, | ταῦτα, |
| Voc. | ὦ οὗτοι | ὦ αὗται, | ὦ ταῦτα. |

Masc. ἐκεῖνος, *ille*. Fem. ἐκείνη. Neut. ἐκεῖνο, ut ὁ λόγος, ἡ λιμὴ, τὸ ξύλον.

# DIALECTI PRONOMINUM DEMONSTRATIVORUM.

*Attici demonstrativis adjiciunt jota acutum* οὑτοσί, τουτουί, τουτῳί, τουτονί. *In feminino* αὑτηί, ταυτησί. *In neutro* τουτοί, *et saepius* τουτί. *In plurali pro* ταῦτα, ταυτί. *Sic* ἐκεινοσὶ, ἐκεινουί.

*Quod etiam in nonnullis fit nominibus:* τοιουτοσὶ *talis*, τοσουτοσὶ, τηλικουτοσὶ *tantus. Quae tria ex* τοῖος, τόσος, τηλίκος, *et* οὗτος *componunt: unde etiam eodem modo, quo* οὗτος *declinantur.*

*Recipiunt insuper haec pronomina easdem dialectos, quas tertia et secunda declinatio simplicium.*

*Iones ante vocales longas ultimae syllabae horum pronominum interponunt* ε: οὗτος, τουτέου, τουτέῳ. *Duali* τουτέω, τουτέοιν. *Plurali* τουτέων, τουτέοισι, τουτέους: *sic* αὐτέη, ταυτέης: *sic* αὐτὸς, αὐτέου, αὐτέῳ.

*Pro* ἐκεῖνος *dicunt poëtae et aeoles* κεῖνος, κείνη, κεῖνο: *et dores* τῆνος, τήνη, τῆνο, *vel* τῆνος *sine jota.*

---

# RELATIVUM PRONOMEN.

Unum est, αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτὸ *ipse*.

Ab hoc tria nascuntur composita: ἐμαυτοῦ *mei ipsius*; σεαυτοῦ *tui ipsius*; ἑαυτοῦ *sui ipsius*. Carent nominativo, et ita declinantur in singulari.

PRIMAE PERSONAE.

Gen. ἐμαυτοῦ, ἐμαυτῆς, ἐμαυτοῦ *meiipsius*.
Dat. ἐμαυτῷ, ἐμαυτῇ, ἐμαυτῷ *mihiipsi*.
Acc. ἐμαυτὸν, ἐμαυτὴν, ἐμαυτὸ *meipsum*.

SECUNDAE PERSONAE.

Gen. σεαυτοῦ, σεαυτῆς, σεαυτοῦ *tuiipsius*.
Dat. σεαυτῷ, σεαυτῇ, σεαυτῷ *tibiipsi*.
Acc. σεαυτὸν, σεαυτὴν, σεαυτὸ *teipsum*.

TERTIAE PERSONAE.

Gen. ἑαυτοῦ, ἑαυτῆς, ἑαυτοῦ *suiipsius*.
Dat. ἑαυτῷ, ἑαυτῇ, ἑαυτῷ *sibiipsi*.
Acc. ἑαυτὸν, ἑαυτὴν, ἑαυτὸ *seipsum*.

PLURALI NUMERO.

Gen. ἑαυτῶν, et σφῶν αὐτῶν, per omnia genera, *suiipsorum*, *suiipsarum*, *suiipsorum*.

Dat. ἑαυτοῖς et σφίσιν αὐτοῖς, ἑαυταῖς et

σφίσιν αὐταῖς, ἑαυτοῖς et σφίσιν αὐτοῖς *sibiipsis*.

Acc. ἑαυτοὺς et σφᾶς αὐτοὺς, ἑαυτὰς et σφᾶς αὐτὰς, ἑαυτὰ et σφᾶς αὐτὰ, *seipsos*, *seipsas*, *seipsa*.

Duo priora carent plurali, hoc nequaquam: imò plurale ipsius in omnes personas convenit: ἑαυτῶν *nostrûm*, *vestrûm*, *suiipsorum*: ἑαυτοὺς *nos*, *vos*, *seipsos*. Sic interdum singulariter ἑαυτοῦ *tuiipsius*: ἑαυτὸν *teipsum*.

In accusativo pro τὸ αὐτὸ usurpatur per crasin minutum ταὐτὸ vel ταὐτὸν *idem*.

## DIALECTI HORUM PRONOMINUM.

*Eaedem dialecti accidunt his, quae pronomini* αὐτός. *Ionicè* ἐμαυτέου, ἐμαυτέῳ: *et verso* αυ *in* ωυ, ( *quod familiare jonibus est* ) ἐμωϋτέου, ἐμωϋτέῳ, σεαυτέου, σεωϋτέου, ἑαυτέου, ἑωϋτέου, *sicut ipsum simplex* αὐτὸς, ὡϋτὸς: τοῦ αὐτοῦ *et per crasin* ταὐτοῦ, *jonicè* τωϋτέου.

## INFINITUM PRONOMEN

Est ὁ δεῖνα quidam, cujus est haec inflectio.

ὁ, ἡ, τὸ δεῖνα. τοῦ, τῆς, τοῦ δεῖνος. τῷ τῇ, τῷ, δεῖνι. τὸν, τὴν, τὸ δεῖνα.

Item hoc modo: ὁ δεῖνα, τοῦ δείνατος, τῷ δείνατι: aut ὁ δεῖνα, τοῦ δεῖνα: et ὁ δεὶς, τοῦ δεῖνος, τῷ δεῖνι, τὸν δεῖνα, apud poëtas.

# CAPUT XIII.

DE

# CONJUGATIONIBUS

VERBORUM

BARYTONORUM.

*Verba barytona illa dicuntur, quae gravem habent accentum in ultima syllaba praesentis temporis indicativi modi*: τύπτω verbero, λέγω dico, παίζω ludo. *Nam in omni syllaba quae non notatur accentu, intelligitur gravis; qui ob id accentus syllabicus vocari solet.*

*Sunt autem in universum sex conjugationes verborum barytonorum, distinctae litteris characteristicis, seu figurativis, tamquam notis quibusdam: unde etiam*

*quae cujusvis conjugationis characteristicae sint, diligenter est attendendum; et hoc in praesenti, futuro, et praeterito: ab his enim tribus temporibus reliqua ferè omnia pendent; ac proinde ab illis non magno labore formari et deduci poterunt, non tantùm in activo, sed etiam in passivo, et medio, quod planum apertumque fiet, cum infra singulorum temporum formationes explicabimus. Nunc quae cujusvis conjugationis characteristica sit, sequens tabula tibi subjicit.*

## CHARACTERISTICAE PRIMAE

### CONJUGATIONIS.

| | Praes. | | Fut. | | Praet. |
|---|---|---|---|---|---|
| ϖ | τέρπω | ψω | τέρψω | φα | τέτερφα, *delectó.* |
| β | λείβω | | λείψω | | λέλειφα, *libo.* |
| φ | γράφω | | γράψω | | γέγραφα, *scribo.* |
| πτ | τύπτω | | τύψω | | τέτυφα, *verbero.* |

## CHARACTERISTICAE SECUNDAE

### CONJUGATIONIS.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| γ | λέγω | ξω | λέξω | χα | λέλεχα, *dico.* |
| κ | ϖλέκω | | ϖλέξω | | πέϖλεχα, *plecto.* |
| χ | τρέχω | | τρέξω | | τέτρεχα, *curro.* |
| κτ | τίκτω | | τέξω | | τέτεχα, *pario.* |

## CHARACTERISTICAE TERTIAE

### CONJUGATIONIS.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| δ | ᾄδω | σω | ᾄσω | κα | ἦκα, *cano.* |
| τ | ἀνύτω | | ἀνύσω | | ἤνυκα, *perficio.* |
| θ | πλήθω | | πλήσω | | πέπληκα, *impleo.* |

## CHARACTERISTICAE QUARTAE

### CONIUGATIONIS.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ζ | παίζω | ξω | παίξω | χα | πέπαιχα, *ludo.* |
| σσ | ὀρύσσω | | ὀρύξω | | ὤρυχα, *fodio.* |
| ζ | φράζω | σω | φράσω | κα | πέφρακα, *dico.* |
| σσ | πλάσσω | | πλάσω | | πέπλακα, *fingo* |

Quaedam hujus conjugationis habent duplex ſuturum in eadem significatione; ut ἁρπάζω *rapio.*, βαστάζω *porto*, παίζω *ludo.* Futurum, ἁρπάσω et ἁρπάξω, βαστάσω et βαστάξω, παίσω et παίξω.

Attici pro gemino σσ usurpant geminum ττ: ὀρύσσω, ὀρύττω *fodio.*

## CHARACTERISTICAE QUINTAE

### CONJUGATIONIS.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| λ | ψάλλω | | ψαλῶ | | ἔψαλκα | *psallo cano.* |
| μ | νέμω | | νεμῶ | | νε[illegible]ηκα, | *distribuo.* |
| ν | φαίνω | ῶ | φανῶ | κα | πέφαγκα, | *ostendo.* |
| ρ | σπείρω | | σπερῶ | | ἔσπαρκα, | *sero.* |
| μν | τέμνω | | τεμῶ | | τετέμηκα, | *scindo.* |

## CHARACTERISTICAE SEXTAE

### CONJUGATIONIS.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| α | γελάω | | γελάσω | | γεγέλακα, | *rideo.* |
| ε | τελέω | | τελέσω | | τετέλεκα, | *finio.* |
| ι | τίω | | τίσω | | τέτικα, | *honoro.* |
| ο | ὀμόω | | ὀμόσω | | ὄμοκα, | *juro.* |
| υ | δύω | | δύσω | | δέδυκα, | *ingredior.* |
| ω | ῥώω | | ῥώσω | | ἔῤῥωκα, | *roboro.* |
| αι | παίω | σω | παίσω | κα | πέπαικα, | *ferio.* |
| αυ | ψαύω | | ψαύσω | | ἔψαυκα, | *tango.* |
| ει | σείω | | σείσω | | σέσεικα, | *quatio.* |
| ευ | ἱππεύω | | ἱππεύσω | | ἵππευκα, | *equito.* |
| οι | οἴω | | οἴσω | | ᾦκα, | *fero.* |
| ου | κρούω | | κρούσω | | κέκρουκα, | *pulso.* |
| υι | ὀπυίω | | ὀπυίσω | | ὤπυικα, | *uxor. habeo.* |

Sunt igitur primae conjugationis characteristicae, β, π, φ. Secundae, γ, κ, χ. Ter-

tiae, δ, τ, θ. Quartae, ζ, duplex σσ, aut ττ. Quintae, λ, μ, ν, ρ. Sextae omnes vocales, praeter η, ( nisi in verbo δήω, *invenio*; quod tamen ferè futuri significationem habet ) et omnes diphthongi propriae, et una impropria, υι.

Verba in ωω poëtica tantummodo sunt, facta à verbis in εω, αω, οω: πλώω à πλέω, *navigo*: ζώω à ζάω, *vivo*: ἡβώω ab ἡβάω, *pubesco*: δώω à δόω, *do*: ὑπνώω ab ὑπνέω, *dormio*.

In terminationibus πτ, κτ, μν, prior consonans censetur characteristica.

Characteristicae futuri sunt, ψ,ξ,σ,λ, μ,ν, ρ.

Liquidae λ, μ, ν, ρ, dicuntur immutabiles, quod in futuro quintae conjugationis aequè maneant, ut in praesenti.

Circumflectitur autem ultima quintae, et penultima corripitur; quod fit, si aut abjiciatur altera immutabilis, ut ψάλλω *cano*, ψαλῶ: aut vocalis subjunctiva, σπείρω *sero*, σπερῶ; φαίνω *appareo*, φανῶ: aut si anceps praesentis brevietur in futuro, κρίνω *judico*, κρινῶ.

ANNOTATIO.

*Quod si quis quaerat quomodo penultima corripiatur si in praesenti sit η vel ω, dicendum est id numquam accidere. Neque enim alia est diphthongus in prae-*

*senti, nisi* αι *et* ει; *neque aliae consonantes, quae positionem efficiant, praeter* λλ *et* μν. *Illa autem*, ἐλαύνω agito, pello, βούλομαι volo, *et similia, ultra imperfectum non conjugantur, sed aliunde futurum et reliqua tempora mutuantur.*

# PARADIGMA VERBI

ACTIVI

## PRIMAE CONJUGATIONIS.

### INDICATIVI PRAESENS.

S. [ τύπτω, τύπτεις, τύπτει. *verbero.*
D. [ τύπτετον, τύπτετον.
P. [ τύπτομεν, τύπτετε, τύπτουσι.

Numeri tres sunt, ut in nominibus. Tres itidem personae: τύπτω *ego verbero*: τύπτεις *tu verberas*: τύπτει *ille verberat.*

Quando prima pluralis desinit in μεν, tunc dualis caret primâ personâ. Secunda et tertia persona dualis sunt similes terminatione, quando tertia pluralis exit in ι, et in passiva voce in αι, alioqui sunt dissimiles.

ANNOTATIO.

*Quamvis sex dicantur esse barytonorum conjugationes, differunt tamen solis*

*characteristicis litteris, et in terminationibus conveniunt, quod secùs fit apud latinos. Unde qui verbum τύπτω novit inflectere, facile quodvis aliud barytonorum inflectet. Quae caussa est, cur unicum dumtaxat paradigma praescribi soleat.*

*Tertia pluralis praesentis indicativi activi doricè desinit in* οντι: τύπτοντι *pro* τύπτουσι.

*IMPERFECTUM.*

S. [ ἔτυπτον, ἔτυπτες, ἔτυπτε. *verberabam.*
D. [ ἐτύπτετον, ἐτυπτέτην.
P. [ ἐτύπτομεν, ἐτύπτετε, ἐτύπτον.

## DE AUGMENTO VERBORUM.

Augmentum duplex est, syllabicum et temporale. Syllabicum convenit verbis à consonante coeptis; haec enim initio praeteriti imperfecti assumunt ε: τύπτω *verbero*, ἔτυπτον: λέγω *dico*, ἔλεγον: πλήθω *impleo*, ἔπληθον. Et quia necessariò numerus syllabarum augetur additione litterae ε, ideo augmentum syllabicum appellatur.

Temporale augmentum convenit illis verbis, quae incipiunt à vocali aut diphthongo mutabili. Nam vocalium et diphthongorum aliae sunt mutabiles, quòd mutentur in

praeteritis, et aliis temporibus augmentum recipere solitis; aliae sunt immutabiles, quòd non mutentur.

Ceterùm quae mutentur, et in quas; et quae non mutentur, haec tabula ostendit.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Vocales. | Mutabiles. | α | in | η. ἀνύω, ἤνυον: *perficio, bam.* |
| | | ε | | η. ἐλεύθω, ἤλευθον, *venio, bam.* |
| | | ο | | ω. ὀπάζω, ὤπαζον, *praebeo, bam.* |
| | Immutabiles. | | | η. ἠχέω, ἤχεον, *sono, bam.* |
| | | | | ι. ἰξεύω, ἴξευον, *visco aves capio, bam.* |
| | | | | υ. ὑβρίζω, ὕβριζον, *injuriâ afficio, bam.* |
| | | | | ω. ὠθω, ὦθον, *impello, bam.* |
| Diphthongi. | Mutabiles. | αι | in | η. αἴρω, ἦρον, *tollo, bam.* |
| | | αυ | | ηυ. αὐξάνω, ηὔξανον, *augeo, bam.* |
| | | οι | | ῳ. οἰκίζω, ᾤκιζον, *aedifico, bam.* |
| | Immutabiles. | | | ει. εἰκάζω, εἴκαζον, *assimilo bam* |
| | | | | ευ. εὐθύνω, εὔθυνον, *dirigo, bam.* |
| | | | | ου. οὐτάζω, οὔταζον, *vulnero, bam* |

### ANNOTATIO.

*Augmentum temporale fit tantummodo ex vocali brevi, aut ancipiti, quae tamen in praesenti sit brevis. Nam si α longum sit in praesenti, quomodo fiet ex ejus mutatione augmentum, cùm in praesenti duo tempora habuerit, ut ex prosodia constat, quae docet omnem syllabam longam constare duobus temporibus? Nullum ergo ex ejus mutatione existit augmentum, nisi quis syllabae longae tria tempora dare velit. Idemque de diphthongis dicendum est. Cùm enim* οι *aut* αυ *aequè sit diphthongus, atque* ῳ *aut* ηυ; *sequitur aequè esse duo tempora in praesenti* οἰκίζω *et* αὐλίζω, *atque in imperfecto* ᾤκιζον, ηὔλιζον. *Potiùs igitur mutatio quàm augmentum temporale fuerit.*

# EXCEPTIONES

## A COMMUNI REGULA

## DE

## AUGMENTO TEMPORALI.

QUATUOR verba servant in imperfecto et reliquis temporibus α praesentis. ἀω, ἀον,

*spiro*: ἀΐω, ἄϊον, *audio*: ἀηθέσσω, ἀήθεσσον, *insuetus sum*: ἀηδίζομαι, ἀηδιζόμην, *taedio afficior*.

In quibusdam ε pro augmento assumit jota: ἔχω, εἶχον, *habeo*: ἔπω, εἶπον, *dico*: ἕλω, εἷλον, *capio*. Sic ἕλκω, ἑλκύω sive ἑλκύζω *traho*: ἕρπω, ἑρπύζω *serpo*: ἑστήκω *sto*: ἕπομαι *sequor*: ἐρέω *dico*: ἑστιάω *convivio excipio*: ἕζω *sedeo* vel *sedere facio*: ἐάω *sino*: ἕω *induo*: ἐρύω *traho*: ἔθω *assuesco*: ἐθίζω *assuefacio*: ἐργάζομαι *operor*. Et eadem est ratio compositorum ab his verbis, si quae composita habent. At ἑορτάζω *ferior*, ἑώρταζον, augetur in secunda syllaba.

Ἔπω, εἶπον *augmentum hoc suum extra indicativum servat. Hinc in imperativo* εἰπὲ dic, *optativo* εἴποιμι, *conjunctivo* ἐὰν εἴπω, *infinitivo* εἰπεῖν, *participio* εἰπών.

Ἔθω *pro* εἴθω *praeterito medio facit* εἴωθα *interposito* ω: *Sic in plusquam perfecto*, εἰώθειν.

ANNOTATIO.

*Iones alia quoque verba augent per* ει: *ut* ἐρωτάω, εἰρώταον *pro* ἠρώταον *interrogo*. *Dores autem praedicta verba augent mutatione litterae* ε *in* η: ἔχω, ἦχον.

Ex diphthongis mutabilibus non mutatur semper οι in ῳ, ut videre est in his verbis: *οἰόμαι, οἰῶθην, solus ago; οἰμέω, vel οἰμάω, οἶμεον, concito; οἰνέω in vinum verto, inebrio; οἰνίζω vinum oleo; οἰνοποτάζω vinum poto; οἰνίζομαι vinum emo; οἰνοχοέω vinum infundo; οἰστρόω* seu *οἰστρέω furo, oestro concitor; οἰωνίζομαι, οἰωνοσκοπέω, οἰωνοπολέω auguror, augurium ex avibus capto; οἰακίζω, οἰακονομέω, οἰακοστροφέω guberno*, seu *clavum moderor; οἰδαίνω tumeo; οἰκουρέω domum custodio.*

*οἰμώζω ploro, οἴμωζον* et *ᾤμωζον*, unde *ᾤμωξα ploravi.*

## ANNOTATIO.

*Ex his satis apparet verba, quae* οι *non mutant in* ῳ, *esse fermè vel derivata vel composita ab his vocabulis: οἶος* solus, *οἶνος* vinum, *οἰωνὸς* avis, augurium, *οἴαξ* gubernaculum, *οἶκος* domus.

Diphthongi ευ et ει communi quidem usu immutabiles sunt; atticè tamen mutantur. Illa quidem in ηυ, *εὔχομαι, ηὐχόμην, oro, bam*: haec vero in η, *εἰκάζω assimilo, ἤκαζον; εἴκω cedo, ἦκον; εἴδω scio,* plusquam perfectum *εἰδήκειν*, per syncopen *εἴδειν*, et atticè *ᾔδειν sciveram.*

ου mutatur nonnumquam in ω: οὐτάζω, ὤταζον, *vulnero, bam.*

Syllabicum augmentum vertitur apud atticos in temporale. μέλλω *futurus sum*, ἔμελλον, ἤμελλον *futurus eram*: βούλομαι *volo*, ἐβουλόμην ἠβουλόμην *volebam*: δύναμαι *valeo, possum*, ἐδυνάμην, ἠδυνάμην *valebam.*

Littera ρ duplicatur propter syllabicum augmentum, ῥίπτω *projicio*, ἔῤῥιπτον *projiciebam*, ἔῤῥιφα, ἔῤῥιψα *projeci.* Itemque propter compositionem; περιῤῥαίνω *circumadspergo*, περιῤῥέω *circumfluo.*

ANNOTATIO.

*Hoc tamen poëtae versui servientes non semper observant. Hinc* ῥίπτω, ἔριπτον, ῥέζω ago, facio, ῥέξω, ἔρεξα, *et cum* κατὰ, κατέρεξα.

*Iidem poëtae modò adhibent, modò amittunt augmentum temporale et syllabicum, prout carminis ratio exigere et voluntas videtur ferre: immo longam vocalem aut diphthongum augmenti in duas vocales resolvunt:* ἄγω duco, ἦγον, ἔαγον.

# DE AUGMENTO

## VERBORUM

# COMPOSITORUM.

Verba composita aut componuntur ex praepositione et verbo; aut ex nomine et verbo; aut ex pronomine et verbo; aut ex adverbio et verbo.

## I.

Praepositiones in compositis praefixae vocalibus abjiciunt propriam vocalem ultimam, tam in praesenti, quam in imperfecto, perfecto, aliisque temporibus, quae augmentum recipiunt. παρακούω *perperam audio, obaudio*; παρήκουον, παρήκουσα, παρήκουκα: μεταφέρω *transfero*, μετέφερον *transferebam*, μετήνεγκα *transtuli*.

Excipe περὶ *et* πρὸ, quae suam vocalem retinent: περιέχω, περιεῖχον, *contineo, complector*; προάγω, προῆγον, *praeduco, praecedo.* Quod interdum etiam fit in praepositione ἀμφὶ: ἀμφιέννυμι *induo*, ἀμφιελίσσω *circumvolvo.*

Praepositio πρὸ saepe contrahitur: προὔδωκας pro προέδωκας *prodidisti*, à προδίδωμι *prodo*: προέχω, προὔχω *praecedo, emineo.*

Quod si in compositione praepositionum cum verbo verbum incipiat ab adspirata littera, praepositio mutabit suam tenuem in

adspiratam: καθάπτομαι, à κατὰ et ἅπτομαι *attingo*: ἀφαιροῦμαι, ab ἀπὸ et αἱροῦμαι *capio* vel *eligo*.

ANNOTATIO.

*Hoc tamen non est perpetuum: nam apud poëtas legimus ἐπιέπομαι pro ἐφέπομαι* sequor, *ex* ἐπὶ *et* ἕπομαι. *Quod ipsum etiam jonica dialectus in usu habet.*

*Poëtae quoque non rarò ex praepositionibus* κατὰ, ἀνὰ, παρὰ, *auferunt litteram* α, *quamvis consonans sequatur:* παρμένω *pro* παραμένω maneo: ἀνστὰς *pro* ἀναστὰς resurgens: κάτθεο *pro* κατάθεο *seu* κατάθου, *à* κατατίθημι depono.

*Non solùm autem intra et extra compositionem abjicitur nonnumquam vocalis praepositionis, sed et consonans immutatur. Et* ν *quidem praepositionis* ἀνὰ *mutatur ante* κ *et* χ, *in* γ; *ante* λ *in* λ; *ante* β, μ, π, φ, *in* μ; *ut haec exempla ostendunt.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ἀγκαλέω | *pro* | ἀνακαλέω, | revoco. |
| ἀγκλίνας | | ἀνακλίνας, | reclinans. |
| ἀγχαλάω | | ἀναχαλάω, | relaxo. |
| ἀλλύω | | ἀναλύω, | dissolvo. |
| ἄλλεγον | | ἀνέλεγον, | collegi. |
| ἀμβαίνειν | | ἀναβαίνειν, | adscendere. |
| ἀμμέσον | | ἀνὰ μέσον, | per medium. |
| ἀμμίξας | | ἀναμίξας, | miscens. |
| ἀμπαύομαι | | ἀναπαύομαι, | quiesco. |
| ἀμφέρω | | ἀναφέρω, | sursum fero. |

*Iam verò τ praepositionis κατὰ plurimis modis variari solet. Nam ante adspiratas φ, χ, mutatur in earum tenues π, κ; ante ϑ et σ servatur ipsum τ; ante σ prorsus perit, ante alias consonantes, et antè immutabiles λ, μ, ν, ρ, mutatur in consonantem sequenti similem, quae omnia in his exemplis vides.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| κάββαλε | | κατάβαλε, *seu* κατέβαλε, | (dejecit. |
| καδδῦσαι | | καταδῦσαι, | demersisse, |
| καδδὲ | | κατὰ δέ. | *à* καταδύω. |
| καδδύναμιν | | κατὰ δύναμιν, | pro viribus. |
| κακκείοντες | | κατακείοντες, | dormituri. |
| κάγχαρτος | | κατάχαρτος, | laetabundus. |
| καλλείπειν | | καταλείπειν, | relinquere. |
| καμμίξας | | καταμίξας, | miscens. |
| καννεύσας | *pro* | κατανεύσας, | annuens. |
| καππυρίσασα | | καταπυρίσασα | incendens. |
| κάππεσεν | | κατέπεσεν, | cecidit. |
| κάπφαγε | | κατέφαγε, | comêdit. |
| καῤῥέζειν | | καταῤῥέζειν, | peragere. |
| κάσχεσθε | | κατάσχεσθε, | continete. |
| κάτθανε | | κατέθανε, | mortuus est. |
| καττύπτεσθαι | | κατατύπτεσθαι, | vapulare. |

P *in praepositione* παρὰ *numquam mutatur*, πάρφασις, παράφασις deceptio, admonitio: παρφέρομαι, παραφέρομαι transversus agor.

*Littera ν praepositionis σὺν ante β, μ, π, φ, ψ, mutatur in μ; sed ante γ, κ, χ in γ; ante ζ, et σ abjicitur; ante λ et ρ mutatur in λ et ρ; ut haec exempla docent.*

συμβαίνω, contingo, commeo.
συμμανθάνω, condisco.
συμπαίζω, colludo.
σύμφημι, consentio, approbo.
συμψαύω, contingo, attingo.

συγγράφω, conscribo.
συγκάμνω, collaboro.
συγχαίρω, gratulor.
συζάω, convivo.
συστέλλω, contraho.
συλλέγω, colligo.
συῤῥέω, confluo.

*Eadem mutatio in praepositione ἐν accidit; sed ante σ non abjicitur; ante ζ verò numquam reperitur.*

II.

Verba, in quibus compositio non mutat significatum simplicis, augentur in principio: καθίζω *sedeo*, ἐκάθιζον; ἐνέπω *dico*, ἤνεπον; καθεύδω *dormio*, ἐκάθευδον. Nam haec composita idem significant, quod simplicia ἕζω, ἔπω, εὕδω.

Si verò significatio mutetur, augmentum erit in medio: παραμένω *maneo*, παρέμενον; παρακούω *obaudio*, παρέκουον.

ANNOTATIO.

*Legitur tamen apud Platonem in Sympos.* καϑηῦδον, *auctâ, vel potiùs mutatâ mediâ syllabâ. Augetur quoque in medio* διεγγυάομαι, διηγγυώμην: *licet idem significet quod simplex* ἐγγυάομαι despondeo. *Augent itidèm poëtae nonnulla in principio, licet aliquid ad simplicis significationem addant*: βάλλω mitto, jacio: ἀμφιβάλλω dubito *vel* conjicio, ἠμφίβαλλον.

III.

Quaedam composita ex praepositionibus, quorum simplicia aut in nullo aut in raro usu sunt, augentur initio: ἀμφισβητῶ *dubito, haereo*, ἠμφισβήτουν: ἀντιβολῶ *supplico*, ἠντιβόλουν: ἐμμελῶ *curo*, ἠμμέλουν: ἀντιδικέω *contra adversarium ago*, ἠντιδίκουν.

Quaedam augentur in medio: ἀπολαύω *fruor*, ἀπέλαυον, et ἀπήλαυον: ἐπιχειρῶ *conor*, ἐπεχείρουν: ἐγχειρῶ *in manus trado*, ἐνεχείρουν: προσκυνέω *adoro*, προσεκύνουν: ἐγκωμιάζω *laudo, celebro*, ἐνεκωμίαζον: προφητεύω *vaticinor*, προεφήτευον. Nonnulla augentur utrimque: ἐνοχλῶ *turbo*, ἠνώχλουν: ἀνορϑῶ *corrigo*, ἠνώρϑουν.

IV.

Composita cum nominibus et pronominibus augentur initio, sicut et composita ex particula privativa α, ὁμῶς, vel ὁμοῦ:

φιλοσόφέω *philosophor*, ἐφιλοσόφεον: βιβλιοπωλέω *libros vendo*, ἐβιβλιοπώλεον: αὐτομολέω *sponte venio*, ηὐτομόλεον. Sic ναυμαχέω *pugnam navalem committo*: λιθοβολέω *lapides jacio*: χειραγωγέω *manuduco*: ἀφρονέω *insipiens sum*, ἠφρόνεον ἠφρόνουν: ἀτυχέω, *infelix sum*, ἠτύχουν: ἀγνοέω *ignoro*, ἠγνόεον, ἠγνόουν: Sic ὁμολογέω *fateor*, *confiteor*: ὁμοφρονέω *consentio*.

V:

Composita cum particulis δυς et ευ, sequente vocali mutabili, augentur in medio: δυσαρεστέω *displiceo*, *morosus sum*, δυσηρέστουν: εὐεργετέω *benefacio*, εὐηργέτουν: δυσαπιστέω *diffido*, δυσηπίστουν: εὐαγγελίζομαι *fausta nuntio*, εὐηγγελιζόμην.

At si post δυς et ευ non sequatur vocalis aut diphthongus mutabilis, augmentum fiet initio: δυστυχέω *infelix sum*, ἐδυστύχουν: εὐτυχέω *felix sum*, εὐτύχουν, vel atticè ηὐτύχουν: δυσχεραίνω *aegrè fero*, ἐδυσχέραινον *aegrè ferebam*.

## DIALECTI IMPERFECTI.

*Iones formant tertiam singularem à secunda, additâ syllabâ κε, ablatoque augmento*: ἔτυπτες verberabas, τύπτεσκε verberabat. *Quod etiam fit in aoristo primo, et secundo vocis activae*: ἔτυψας verberasti, τύψασκε verberavit; ἔτυπες, τύπεσκε.

*Porro in circumflexis, et in verbis in μι aliqua mutatione opus est. Nam ex diphthongo circumflexorum tollere oportet vocalem subjunctivam, et in verbis in μι mutanda est vocalis longa in suam brevem* : ἐποίεις faciebas, ποίεσκε faciebat: ἐτίθης ponebas, τίθεσκε ponebat. *Quae omnia in subjectis exemplis videre licet.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Secundae personae communes. | ἔτυπτες | Tertiae personae jonicae. | τύπτεσκε. |
| | ἐφίλεις | | φίλεσκε. |
| | ἐτίμας | | τίμασκε. |
| | ἐδήλους | | δήλοσκε. |
| | ἐτίθης | | τίθεσκε. |
| | ἵστης | | ἵστασκε. |
| | ἐδίδως | | δίδοσκε. |
| | ἐδείκνυς | | δείκνυσκε. |
| | ἔτυψας | | τύψασκε. |
| | ἔτυπες | | τύπεσκε. |
| | ἔθης | | θέσκε. |
| | ἔστης | | στάσκε. |
| | ἔδως | | δόσκε. |
| | ἔδυς | | δύσκε. |

*Poëtae verò à secunda persona praedictorum temporum totum singularem in* σκον *formant:* ἔτυπτες, τύπτεσκον, τύπτεσκες, τύπτεσκε, *et in tertia plurali* τύπτεσκον verberabant. *In passivo* τυπτεσκόμην, τυπτέσκου, τυπτέσκετο. *Sic in aoristo primo* τύψασκον verberavi, τύψασκες, τύψασκε. *In aoristo secundo* τύπεσκον, τύπεσκες, τύπεσκε.

*Praeteritum perfectum.*

S. [ τέτυφα, τέτυφας, τέτυφε. *verberavi.*
D. [ τετύφατον, τετύφατον.
P. [ τετύφαμεν, τετύφατε, τετύφασι.

## DE AUGMENTO PRAETERITI.

Si verbum incipiat à vocali, aut diphthongo, idem est initium perfecti et imperfecti, immò et plusquam perfecti, omniumque aoristorum cujusque vocis indicativi modi, et denique paulo post futuri: ἀνύω *perficio*, ἤνυον, ἤνυκα, ἠνύκειν, ᾄδω *cano*, ᾖκα, ᾔκειν.

Idem fit in verbis à consonante coeptis, modò ε syllabicum augmentum, longum sit positione: σπείρω *sero*, ἔσπειρον, ἔσπαρκα. Si augmentum syllabicum breve sit, aut ante mutam et liquidam, tum in praeterito repetitur prima consonans praesentis: τύπτω *verbero*, ἔτυπτον, τέτυφα; γράφω *scribo*, ἔγραφον, γέγραφα.

Exceptis nonnullis, quae cum ε ante mutam et liquidam habeant, modò tamen repetunt consonantem praesentis, modò non repetunt: βλακεύομαι *torpeo*, βεβλάκευμαι et ἐβλάκευμαι: βλάπτω *noceo*, βέβλαμμαι et ἔβλαμμαι *damno affectus sum*: διαγλύφω *insculpo*, διαγέγλυπται et διέγλυπται: θλάω *frango*, τέθλασμαι et ἔθλασμαι..

Verba coepta à γν aut γρη, non repetunt in praeterito primam praesentis, licet ε syllabicum augmentum sit ante mutam et liquidam. γνόω *nosco*, γνώσω, ἔγνωκα: γνωρίζω *notum facio*, ἐγνώριζον, ἐγνώρικα: γρηγορέω *vigilo*, ἐγρηγόρηκα. Videtur hoc fieri cacophoniae vitandae gratiâ; durum enim esset γέγνωκα.

Verba quae inchoantur à κτ, πτ, μν, repetunt primam praesentis secundùm communem regulam syllabici augmenti ante mutam et liquidam. Nam licet κτ et aliae non sint mutae et liquidae, faciunt tamen apud poëtas syllabam communem: κτάομαι *possideo*, κέκτημαι: πτόω (pro quo utimur πίπτω) *cado*, πέπτωκα: μνάομαι *reminiscor*, μέμνημαι.

## ANNOTATIO.

*Invenitur tamen à* κτίζομαι condor, creor, ἔκτισμαι; *et à* κτάομαι, ἔκτημαι: κτείνω occido *facit* ἔκτακα.

*Cetèrum verba quaedam habent in praeterito augmentum temporale et syllabicum*: παροινέω debacchor, πεπαρῴνηται: διαιτέω arbiter sum, δεδιητημένος.

Verba quae ab adspirata inchoantur repetunt in praeterito perfecto tenuem ejus: θύω *sacrifico*, ἔθυον, τέθυκα: χρίω *ungo*, κέχρικα *unxi*.

## DE AUGMENTO ATTICO.

### I.

Attici pro incrementis λε et με usurpant diphthongum ει: λέγω *dico*, λέξω, λέλεχα, εἴλεχα: λαμβάνω *accipio*, λήψω, λέληφα, εἴληφα: μείρομαι *sortior*, *partior*, μέμαρμαι, atticè εἵμαρμαι. *Hinc* εἱμαρμένη *sors*, *fatum*.

### II.

Verbis quibusdam in praeterito ω vel ῳ habentibus praeponunt attici ε, manente spiritu praesentis: ὁράω *video*, ὤρακα, ἑώρακα: ὤθομαι *pello*r, ὦσμαι, ἔωσμαι: ὠνέομαι *emo*, ὤνημαι, ἐώνημαι: οἴγω *aperio*, ῷγα, ἔῳγα. Idem fit in imperfecto, ἑώρων *videbam*, ἐωνούμην *emebam*. Et in aoristo primo: ῷξα, ἀνέῳξα *aperui*; ὠσάμην, ἐωσάμην *impuli*.

Accidit hoc in aliis quoque verbis: εἴκω *assimilo*, praet. med. οἶκα, ἔοικα: ἔπω *dico*, aorist. 1. εἶπα, ἔειπα: ἧκα *misi*, ἕηκα.

### III.

Communi praeterito verborum inchoatorum ab α brevi, vel ε, vel ο, praeponunt attici duas priores litteras praesentis: ἀγείρω *congrego*, ἤγερκα, ἀγήγερκα; ἐρίζω *contendo*, ἤρικα, ἐρήρικα, ἐρήρισμαι; ὄλλω, ὦλα, ὄλωλα *perii*, praeteritum medium.

Quod si tunc praeteritum excesserit numerum trium syllabarum, tertia ejus syl-

laba corripienda erit hoc modò; η vertitur in ε, et ω in ο; ει et ευ abjiciunt ε; οι et ου abjiciunt subjunctivam. Breves et ancipites, itemque longae positione, retinentur sine ulla mutatione. Quae omnia in his exemplis apparent.

ἀλήθω, ἤληκα, ἀλήλεκα, *molo.*
ἐρωτάω, ἠρώτηκα, ἐρηρότηκα, *interrogo.*
ἀλείφω, ἤλειφα, ἀλήλιφα, *ungo.*
ἐλεύθω, ἤλευθα, ἐλήλυθα, *venio.*
ἑτοιμάζω, ἡτοίμακα, ἑτητόμακα, *praeparo.*
ἀκούω, ἤκουα, ἀκήκοα, *audio.*
ἀγείρω, ἤγερκα, ἀγήγερκα, *congrego.*

Excipitur ἐρείδω *firmo*, ἤρεικα, ἐρήρεικα, ἐρήρειδα, ἐρήρεισμαι; ut differat ab ἐρήρικα praeterito verbi ἐρίζω *contendo.*

Irregularia quoque sunt ἔδω *edo*, et ἄγω *ago, duco*; quorum illud ἦκα, ἔδηκα, et interposito δο, ἐδήδοκα facit; alterum ἦχα, ἄγηχα, et interjecto ο, ἀγήοχα habet.

## DE PENULTIMA SYLLABA

### PRAETERITI PERFECTI.

Penultima perfecti et futuri eadem est: τύψω, τέτυφα. Excipe primò dissyllaba quintae conjugationis, quae ε futuri mutant in α: στέλλω *mitto*, στελῶ, ἔσταλκα; σπείρω *sero*, σπερῶ, ἔσπαρκα.

Excipe secundò dissyllaba vocali aut

diphthongo mutabili constantia: ἄγω *ago*, ἄξω, ἦχα; ᾄδω *cano*, ᾄσω, ᾖκα.

Vocalem ε in penultima primae et secundae conjugationis mutant attici in ο: πέμπω *mitto*, πέπεμφα, πέπομφα: βρέχω *rigo*, βρέξω, βέβροχα.

## DE CHARACTERISTICA

### PRAETERITI PERFECTI.

λ et ρ, characteristicae quintae conjugationis, manent in praeterito, ut in futuro: ψάλλω *cano*, ψαλῶ, ἔψαλκα: σπείρω *sero*, σπερῶ, ἔσπαρκα.

μ servatur quidem, sed adsciscit sibi η euphoniae gratiâ; δέμω *aedifico*, δεμῶ, δεδέμηκα: νέμω *distribuo*, νεμῶ, νενέμηκα. Sic βρέμω *fremo*, τέμνω *seco*, τετέμηκα, et syncope τέτμηκα; ut et δέδμηκα *pro* δεδέμηκα: κάμνω *laboro*, καμῶ, κεκάμηκα et κέκμηκα.

Additur quoque in nonnullis ad litteram ν vocalis η: μένω *maneo*, μενῶ, μεμένηκα. Interdum convertitur ν in γ: φαίνω *ostendo*, *appareo*, φανῶ, πέφαγκα; μολύνω *maculo*, μολυνῶ, μεμόλυγκα. Interdum omnino abjicitur, idque in verbis dissyllabis in εινω, et υνω: κτείνω *occido*, κτενῶ, ἔκτακα; κρίνω *judico*, κρινῶ, κέκρικα; θύνω *ruo*, θυνῶ, τέθυκα.

# DIALECTI PRAETERITI PERFECTI.

*Tertia persona pluralis numeri, praeteriti perfecti activi et medii, doricè desinit in* αντι: τετύφαντι *pro* τετύφασι.

## *Praeteritum plusquam perfectum.*

S. [ ἐτετύφειν, ἐτετύφεις, ἐτετύφει. *verbera-*
D. [ ἐτετύφειτον, ἐτετυφείτην. ( *veram.*
P. [ ἐτετύφειμεν, ἐτετύφειτε, ἐτετύφεισαν.

Formatur à perfecto mutando α in ειν.

Si perfectum incipiat à consonante, tunc praeponitur ε; τέτυφα, ἐτετύφειν. Alias idem est utriusque principium: ἤνυκα *perfeci*, ἠνύκειν. Et hoc intelligendum est de verbis simplicibus: nam si sit compositum, quod augeatur in medio, interjicitur ε inter praepositionem et verbum: συντάττω *construo*, συντέταχα, συνετετάχειν: συμβάλλω *confero*, *conjicio*, συμβέβληκα, συνεβεβλήκειν.

Interdum idem habet augmentum cum praeterito: τεθεμελίωτο; à θεμελιόομαι *fundor*: δεδύκει pro ἐδεδύκει, à δύω *ingredior*, *subeo*. Et hoc non tantùm apud atticos, sed etiam apud jones et poëtas: δέδεκτο pro ἐδέδεκτο, à δέχομαι *capio*, *suscipio*.

Prima vocalis praeteritorum atticè redu-

plicatorum accipit augmentum in plusquam perfecto: ἀκήκοα, ἠκηκόειν, praeteritum plusquam perfectum medium ab ἀκούω *audio:* ὀρώρυχα, ὠρωρύχειν, ab ὀρύττω *fodio.* Excipe ἐληλύθειν et ἐληλύθειν *veneram*, ab ἐλήλυθα et ἐλήλυθα.

Illa verò ἔολπα, ἔοργα, ἔοικα, augentur in secunda syllaba: ἐώλπειν *speraveram*, ἐώργειν *feceram*, ἐῴκειν *similis fueram*, *assimilaveram.*

ANNOTATIO.

*Derivantur haec verba, primùm quidem ab* ἔλπω, *quod est* spero, *seu* in spem induco; *cujus praeteritum medium est atticè vel jonicè* ἔολπα *pro* ἦλπα. *Secundum à verbo* ῥέζω facio, patro; *praeteritum medium est* ἔῤῥογα, *ablatoque uno* ρ, *et facta metathesi*, ἔοργα *pro* ἔρογα; *alii tamen simplicius ab* ἔργω *seu* ἐέργω *deducunt. Tertium fit ab* εἴκω similis sum, assimilo; *cujus praeteritum medium atticum est* ἔοικα.

# DIALECTI
## PLUSQUAM PERFECTI.

*Prima et tertia persona singularis atticè exit in* η *sine* ν: ἐτετύφη ἐγὼ verbe-

raveram ego, ἐτετύφη ἐκεῖνος verberaverat ille. *Hinc* ἐκεχήνη *plusquam perfectum medium à* χαίνω hio: *et* ἤδη *pro* εἴδειν sciveram, *ab* εἴδω. *Fit hoc imitatione jonum, qui primam personam plusquam perfecti activi et medii per* εα, *et tertiam per* εε *efferunt*, ( ἤδεα sciveram, ἤδεας, ἤδεε ) *quas attici ; et ipsi quoque jones deinceps in* η *contrahunt.*

*Tertia pluralis atticè finitur in* εσαν: ἐτετύφεσαν verberaverant, ἐλελοίπεσαν dereliquerant, ἤδεσαν sciverant, ἠκηκόεσαν audiverant.

*Aoristus primus.*

| | | |
|---|---|---|
| S. | ἔτυψα, ἔτυψας, ἔτυψε. | *verberavi.* |
| D. | ἐτύψατον, ἐτυψάτην. | |
| P. | ἐτύψαμεν, ἐτύψατε, ἔτυψαν. | |

ANNOTATIO.

*Dicimus* aoristus, *et* aoristum; *illud subintelligendo* χρόνος, *hoc subintelligendo* tempus, *et nihil aliud significat ex vi nominis* χρόνος ἀόριστος, *quam* tempus indefinitum.

*Respondent aoristi praeteritis latinorum. Licet enim nonnulli tradant incertam esse significationem paulòne ante res praeterierit, an multò ; id tamen vix observatur ab auctoribus, ut exemplis pas-*

*sim obviis ostendi potest. Nam cùm Isocrates principio Panegyrici ait:* πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων, καὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας καταστησάντων, ὅτι τὰς μὲν τῶν σωμάτων εὐεξίας οὕτω μεγάλων δωρεῶν ἠξίωσαν;' *quis hos et alios in eadem periodo sequentes aoristos non idem significare dicat, quod praeteritum perfectum? et siquis omnes illos aoristos in praeteritum mutet, an aliam orationis significationem efficiet?*

*Probabilius est, quod alii dicunt, haec tempora vocari* aorista *seu* indefinita, *quod habeant significationem interdum quidem praeteritam, aliquando futuram, nonnumquam praesentem, ut in exemplis allatis: praesentem praecipuè in infinitivo; ut apud Isocratem eodem loco, et millies alias;* ἐπειδὴ δὲ οἱ λόγοι τοιαύτην ἔχουσι τὴν φύσιν ὥσθ' οἷόντ' εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν πολλαχῶς ἐξηγήσασθαι, καὶ τάτε μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι, καὶ τοῖς μικροῖς μέγεθος προσθεῖναι. *Hic certè omnes aoristi idem significant, quod* ἐξηγεῖσθαι, ποιεῖν, προστιθέναι.

*Eamdem notionem habet interdum aoristus in indicativo. Isocrates ad Demonicum:* κάλλος μὲν γὰρ ἢ χρόνος ἀνήλωσεν, ἢ νόσος ἐμάρανε, pulcritudinem quidem vel tempus absumit, vel morbus corrumpit, *pro* ἀναλίσκει, *et* μαραίνει. *Nisi quis dicat esse enallagen.*

*In imperativo et conjunctivo saepè subit aoristus vicem futuri*: τύψον verberato tu, *vel* verberàbis: τυψάτω verberator ille, *vel* verberabit: ἐὰν τύψω si verberavero; *quamvis frequenter ejusdem prorsus sit significationis cum praesenti*: τύψον verbera, ἐὰν τύψω si verberem.

*Eadem quoque vis et notio usitatissima est aoristis, quae temporum modi potentialis, permissivi seu concessivi, ut infra docebimus, maximè cum particula* ἄν. *Itaque non semper eodem modo latinè reddendus est aoristus; sed videre oportet, quid tota periodi structura, et sententiae ratio requirat.*

Idem augmentum habet uterque aoristus cum imperfecto: ἔτυπτον, ἔτυψα, ἔτυπον: ἀνύω, ἤνυον, ἤνυσα.

Characteristica aoristi primi eadem est quae futuri; à quo etiam formatur, converso ω in α, et praeposito augmento: τύψω, ἔτυψα.

Excipe primo ἔπω *dico*, εἶπα: ἐνέγκω *fero*, ἤνεγκα: τίθημι *pono*, ἔθηκα: δίδωμι *do*, ἔδωκα: ἵημι *mitto*, ἧκα.

Excipe secundò haec verba: χέω *fundo*, ἔχεα, vel ἔχευα; καίω *vel* κάω *uro*, ἔκηα; σεύω *moveo*, ἔσευα; ἀλεύω *vito*, ἤλευα: quae in α purum exeunt, sublata consonante futuri, χεύσω, καύσω; quamvis reperiatur quoque aoristus ἔχευσα et ἔκαυσα.

Penultima aoristi primi eadem est quae futuri, semperque naturâ aut positione longa: παίω *offendo*, ἔπαισα: λέγω *dico*, ἔλεξα.

In tertia tamen conjugatione, itemque in quarta et sexta, modo brevis modo longa est penultima: φράζω *dico*, *loquor*, φράσω, ἔφρασα: κυλίω *volvo*, *voluto*, κυλίσω, ἐκύλισα: τελέω *finio*, τελέσω, ἐτέλεσα: γελάω *rideo*, γελάσω, ἐγέλασα: ἀνύω *perficio*, ἀνύσω, ἤνυσα. Poëtae carmini servientes saepè geminant σ: ἐτέλεσσαν, ἐγέλασσαν.

In quinta conjugatione, quae penultimam futuri brevem habet, sic producenda est eadem penultima in aoristo: α futuri mutatur in η, si in praesenti α simplex fuerit: ψάλλω, ψαλῶ, ἔψηλα. Si in praesenti fuerit αι, tunc α futuri atticè mutatur in η, communiter verò retinetur: μιαίνω *maculo*, μιανῶ, ἐμίηνα atticè, communiter ἐμίανα: φαίνω *appareo*, *ostendo*, φανῶ, ἔφηνα, ἔφανα. Est autem hîc α longum, quod in futuro fuerat breve. Ex ε futuri facienda est diphthongus, addito jota: σπείρω *sero* σπερῶ, ἔσπειρα: στέλλω *mitto*, στελῶ, ἔστειλα. ι et υ in futuro breves hîc habentur longae: κρίνω *judico*, κρινῶ, ἔκρινα: ὀτρύνω, ὀτρυνῶ, ὤτρυνα *impello*.

*Aoristus secundus.*

S. [ ἔτυπον, ἔτυπες, ἔτυπε. *verberavi.*
D. [ ἐτύπετον, ἐτυπέτην:
P. [ ἐτύπομεν, ἐτύπετε, ἔτυπον.

Fit hic aoristus ab imperfecto, cujus etiam augmentum habet. Tertia pluralis est aequalis primae singulari.

Penultima brevis est, ac fermè una ex ancipitibus α, ι, υ. η, et ω praesentis et imperfecti mutantur in α: λήϐω, inusitatum, ἔληϐον, aorist. 2. ἔλαϐον *accepi*: τρώγω *comedo*, ἔτρωγον, ἔτραγον *comedi*. αι, αυ, et ου abjiciunt subjunctivam: καίω *uro*, ἔκαον: παύω *sedo*, ἔπαον: ἀκούω *audio*. ἤκοον. ει et ευ abjiciunt praepositivam ε: λείπω *relinquo*, ἔλιπον: φεύγω *fugio*, ἔφυγον. ε quintae conjugationis licet breve sit, mutatùr tamen in α: δέρω *excorio*, ἔδαρον: στέλλω *mitto*, ἔσταλον: τέμνω *scindo*, ἔταμον et ἔτεμον. Idipsum quoque in aliarum conjugationum verbis contingit, praecipuè si habent liquidam vel ante, vel post ε: τρέπω *verto*, ἔτραπον: τρέφω *nutrio*, ἔτραφον: κλέπτω *furor*, ἔκλαπον. Haec tamen tria, λέγω *dico*, φλέγω *uro*, βλέπω *video*, non mutant ε in α. Trisyllaba quintae abjiciunt jota: ὀφείλω *debeo*, ὄφελον: ἐγείρω *excito*, ἤγερον.

Si penultima praesentis et imperfecti longa sit positione, abjicitur littera illa, quae non est characteristica: κάμνω *laboro*, ἔκαμον: τίκτω *pario*, ἔτεκον, quasi à τέκω.

Penultimam in hoc aoristo longam habent multa dissyllaba, eò quod in eamdem syllabam cadat augmentum temporale, vel littera longa loco augmenti. ᾄδω *cano*, ᾖδον:

ἕλκω *traho*, εἷλκον: ἕλω *capio*, εἷλον: ἕπω *dico*, εἶπον: ἔχω *habeo*, εἶχον: ἥκω *venio*, ἧκον: ἄγω *ago*, *duco*, ἦγον, et atticè ἤγαγον: εἴδω *video*, εἶδον: ( nam ἴδον poëticum est ) ἐλεύθω *venio*, ἦλθον, per syncopen pro ἤλυθον. Invenitur etiam trisyllabi aoristi penultima longa: ἐνέγκω *fero*, ἤνεγκον: πέρθω devasto, ἔπαρθον: δέρκω, ἔδαρκον, *video*, et metathesi ἔπραθον, ἔδρακον. Longam quoque habent penultimam multa circumflexa primae et secundae conjugationis, sive duarum sive plurium syllabarum: σχέω, ἔσχον, *habui*; εὑρέω *invenio*, εὗρον; βλαστέω *germino*, ἔβλαστον; δουπέω *sono*, ἔδουπον; ὀλισθέω *cado*, ὤλισθον; σπάω *vello*, *traho*, ἔσπον; nihil enim in his mutatur propter aoristum.

## DE CHARACTERISTICA

### AORISTI SECUNDI.

CHARACTERISTICA eadem est hujus aoristi, praesentis, et imperfecti, ( loquendo de characteristica quae sit consonans ) τύπτω, ἔτυπτον, ἔτυπον.

Excipitur primo: βλάπτω *noceo*, ἔβλαβον; κρύπτω *abscondo*, ἔκρυβον; καλύπτω *tego*, ἐκάλυβον per β; et βάπτω *tingo*, ἔβαφον; θάπτω *sepelio*, ἔταφον; σκάπτω *fodio*, ἔσκαφον; ῥάπτω *suo*, ἔῤῥαφον per φ.

Excipiuntur secundò verba quartae conjugationis, quorum futurum desinit in ξω: habent enim characteristicam γ: quorum verò futurum exit in σω, characteristicam habent δ: ὀρύττω *fodio*, ὀρύξω, ὤρυγον: φράζω *loquor*, φράσω, ἔφραδον.

ANNOTATIO.

*Desinentia in* ευω *vel* ευω *fere carent aoristo secundo. Non enim dicimus à* παιδεύω instituo, ἐπαίδυον; *nec à* βασιλεύω regno, ἐβασίλυον; *nec à* κρούω pulso, ἔκροον.

*A verbo tamen* ἀκούω *usurpatur* ἤκοον: *sed magis apud poëtas quam oratores, qui aoristum primum* ἤκουσα *frequentant. Et quamvis in quarta conjugatione à quolibet verbo formari possint aoristi secundi, non omnes tamen usitati sunt. Quis enim audivit umquam* ἐφρόντιδον, *à* φροντίζω curo; *aut* ἐβάδιδον, *à* βαδίζω vado; *aut* ἐφύλαγον, *à* φυλάττω custodio, caveo? *Idem autem significat aoristus secundus, quod primus: neque necessitatis, sed copiae caussâ inventus et usurpatus est à graecis.*

# DE DIALECTIS FUTURI.

Attici futurum polysyllabum quartae conjugationis in ισω circumflectunt, sublato σ: *νομίζω puto*, *νομίσω*, *νομιῶ*; *βαδίζομαι vado*, *βαδίσομαι*, *βαδιοῦμαι*. Hinc primum futurum medium horum verborum semper circumflectitur: *νομιοῦμαι*.

*Doricè verba quartae conjugationis in ζω exeunt in σδω: κωμάσδω pro κωμάζω* lascivio: *συρίσδω pro συρίζω* sibilo, fistulâ cano. Futurum in *σῶ non tantùm horum verborum, sed aliorum itidem mutant dores in ξῶ: βαδίζω, βαδίσω, βαδιξῶ*: *κλείω* claudo, *κλείσω*, *κλαξῶ*, *et κλασῶ. Circumflectunt enim futurum primum dores in omnibus personis et numeris: τυψῶ, τυψεῖς, τυψεῖ, τυψεῖτον. Iidem tertiam pluralem utriusque futuri indicativi formant in οῦντι; τυψοῦντι, τυποῦντι.*

*Aeoles futurum quintae conjugationis verborum in ρω efferunt per σω: ὄρω* concito, *futurum ὀρῶ, aeolicè ὄρσω*; *σπείρω* sero, *σπερῶ*, *σπέρσω*.

*In futuro sextae conjugationis saepe abjiciunt poëtae σ: δήω* inveniam, *δήεις*: invenies, *δήομεν* inveniemus; *pro δήσω, δήσεις, δήσομεν, a δήω: sic ἔδηκα pro ἔδησα*

inveni. *Reperitur etiam* κλείω laudabo *pro* κλείσω; *et* κέω, *seu* κείω cubabo *pro* κέσω, *à* κέω : *et* κέων *pro* κέσων cubiturus.

### *Futurum secundum.*

S. [ τυπῶ, τυπεῖς, τυπεῖ. *verberabo.*
D. [ τυπεῖτον, τυπεῖτον.
P. [ τυποῦμεν, τυπεῖτε, τυποῦσι.

Idem significat, quod futurum primum; fitque ab aoristo secundo, mutato ον in ῶ circumflexum, augmento rejecto.

## IMPERATIVI

### *Praesens et imperfectum.*

S. [ τύπτε, τυπτέτω. *verbera.*
D. [ τύπτετον, τυπτέτων.
P. [ τύπτετε, τυπτέτωσαν.

### ANNOTATIO.

*Et hujus, et reliquorum omnium modorum tempora formantur à temporibus indicativi, exiguà mutatione factâ, ut quivis per se deprehendere poterit :* τύπτε *à* τύπτω, τέτυφε *à* τέτυφα, τύψον *à* τύψα.

*Tertias plurales imperativi faciunt attici similes genitivo plurali participiorum ejusdem temporis:* τυπτόντων *pro* τυπτέτωσαν, τυψάντων *pro* τυψάτωσαν, τετυφότων *pro* τετυφέτωσαν. *Hinc historiola illa apud Laërtium in Socrate ; nam in*

diphthongo mutabili constantia: ἄγω *ago*, ἄξω, ἦχα; ᾄδω *cano*, ᾄσω, ᾖκα.

Vocalem ε in penultima primae et secundae conjugationis mutant attici in ο: πέμπω *mitto*, πέπεμφα, πέπομφα: βρέχω *rigo*, βρέξω, βέβροχα.

# DE CHARACTERISTICA

## PRAETERITI PERFECTI.

λ et ρ, characteristicae quintae conjugationis, manent in praeterito, ut in futuro: ψάλλω *cano*, ψαλῶ, ἔψαλκα: σπείρω *sero*, σπερῶ, ἔσπαρκα.

μ servatur quidem, sed adsciscit sibi η euphoniae gratiâ; δέμω *aedifico*, δεμῶ, δέδεμηκα: νέμω *distribuo*, νεμῶ, νενέμηκα. Sic βρέμω *fremo*, τέμνω *seco*, τετέμηκα, et syncope τέτμηκα; ut et δέδμηκα *pro* δεδέμηκα: κάμνω *laboro*, καμῶ, κεκάμηκα et κέκμηκα.

Additur quoque in nonnullis ad litteram ν vocalis η: μένω *maneo*, μενῶ, μεμένηκα. Interdum convertitur ν in γ: φαίνω *ostendo*, *appareo*, φανῶ, πέφαγκα; μολύνω *maculo*, μολυνῶ, μεμόλυγκα. Interdum omnino abjicitur, idque in verbis dissyllabis in εινω, et υνω: κτείνω *occido*, κτενῶ, ἔκτακα; κρίνω *judico*, κρινῶ, κέκρικα; θύνω *ruo*, θυνῶ, τέθυκα.

# DIALECTI PRAETERITI PERFECTI.

*Tertia persona pluralis numeri, praeteriti perfecti activi et medii, doricè desinit in* αντι: τετύφαντι *pro* τετύφασι.

## *Praeteritum plusquam perfectum.*

S. [ ἐτετύφειν, ἐτετύφεις, ἐτετύφει. *verbera-*
D. [ ἐτετύφειτον, ἐτετυφείτην. ( *veram.*
P. [ ἐτετύφειμεν, ἐτετύφειτε, ἐτετύφεισαν.

Formatur à perfecto mutando α in ειν.

Si perfectum incipiat à consonante, tunc praeponitur ε; τέτυφα, ἐτετύφειν. Alias idem est utriusque principium: ἤνυκα *perfeci*, ἠνύκειν. Et hoc intelligendum est de verbis simplicibus: nam si sit compositum, quod augeatur in medio, interjicitur ε inter praepositionem et verbum: συντάττω *construo*, συντέταχα, συνετετάχειν: συμβάλλω *confero, conjicio*, συμβέβληκα, συνεβεβλήκειν.

Interdum idem habet augmentum cum praeterito: τεθεμελίωτο; à θεμελιόομαι *fundor*: δεδύκει pro ἐδεδύκει, à δύω *ingredior, subeo*. Et hoc non tantùm apud atticos, sed etiam apud jones et poëtas: δέδεκτο pro ἐδέδεκτο, à δέχομαι *capio, suscipio*.

Prima vocalis praeteritorum atticè redu-

plicatorum accipit augmentum in plusquam perfecto: ἀκήκοα, ἠκηκόειν, praeteritum plusquam perfectum medium ab ἀκούω *audio*: ὀρώρυχα, ὠρωρύχειν, ab ὀρύττω *fodio*. Excipe ἐληλύκειν et ἐληλύθειν *veneram*, ab ἐλήλυκα et ἐλήλυθα.

Illa verò ἔολπα, ἔοργα, ἔοικα, augentur in secunda syllaba: ἐώλπειν *speraveram*, ἐώργειν *feceram*, ἐῴκειν *similis fueram*, *assimilaveram*.

ANNOTATIO.

*Derivantur haec verba, primùm quidem ab* ἔλπω, *quod est* spero, *seu* in spem induco; *cujus praeteritum medium est atticè vel jonicè* ἔολπα *pro* ἦλπα. *Secundum à verbo* ῥέζω facio, patro; *praeteritum medium est* ἔῤῥογα, *ablatoque uno* ρ, *et facta metathesi*, ἔοργα *pro* ἔρογα; *alii tamen simplicius ab* ἔργω *seu* ἐέργω *deducunt. Tertium fit ab* εἴκω similis sum, assimilo; *cujus praeteritum medium atticum est* ἔοικα.

## DIALECTI PLUSQUAM PERFECTI.

*Prima et tertia persona singularis atticè exit in* η *sine* ν: ἐτετύφη ἐγὼ verbe-

raveram ego, ἐτετύφη ἐκεῖνος verberaverat ille. *Hinc* ἐκεχήνη *plusquam perfectum medium à* χαίνω hio: *et* ἤδη *pro* εἴδειν sciveram, *ab* εἴδω. *Fit hoc imitatione jonum, qui primam personam plusquam perfecti activi et medii per* εα, *et tertiam per* εε *efferunt*, ( ἤδεα sciveram, ἤδεας, ἤδεε ) *quas atticì, et ipsi quoque jones deinceps in* η *contrahunt.*

*Tertia pluralis atticè finitur in* εσαν: ἐτετύφεσαν verberaverant, ἐλελοίπεσαν dereliquerant, ἤδεσαν sciverant, ἠκηκόεσαν audiverant.

*Aoristus primus.*

S. [ ἔτυψα, ἔτυψας, ἔτυψε. *verberavi.*
D. [ ἐτύψατον, ἐτυψάτην.
P. [ ἐτύψαμεν, ἐτύψατε, ἔτυψαν.

ANNOTATIO.

*Dicimus* aoristus, *et* aoristum; *illud subintelligendo* χρόνος, *hoc subintelligendo* tempus, *et nihil aliud significat ex vi nominis* χρόνος ἀόριστος, *quam* tempus indefinitum.

*Respondent aoristi praeteritis latinorum. Licet enim nonnulli tradant incertam esse significationem paulòne ante res praeterierit, an multò; id tamen vix observatur ab auctoribus, ut exemplis pas-

*sim obviis ostendi potest. Nam cùm Isocrates principio Panegyrici ait:* πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων, καὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας καταστησάντων, ὅτι τὰς μὲν τῶν σωμάτων εὐεξίας οὕτω μεγάλων δωρεῶν ἠξίωσαν; *quis hos et alios in eadem periodo sequentes aoristos non idem significare dicat, quod praeteritum perfectum? et siquis omnes illos aoristos in praeteritum mutet, an aliam orationis significationem efficiet?*

*Probabilius est, quod alii dicunt, haec tempora vocari* aorista *seu* indefinita, *quod habeant significationem interdum quidem praeteritam, aliquando futuram, nonnumquam praesentem, ut in exemplis allatis: praesentem praecipuè in infinitivo; ut apud Isocratem eodem loco, et millies alias;* ἐπειδὴ δὲ οἱ λόγοι τοιαύτην ἔχουσι τὴν φύσιν ὥσθ' οἷόντ' εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν πολλαχῶς ἐξηγήσασθαι, καὶ τὰ τε μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι, καὶ τοῖς μικροῖς μέγεθος προσθεῖναι. *Hic certè omnes aoristi idem significant; quod* ἐξηγεῖσθαι, ποιεῖν, προστιθέναι.

*Eamdem notionem habet interdum aoristus in indicativo. Isocrates ad Demonicum:* κάλλος μὲν γὰρ ἢ χρόνος ἀνήλωσεν, ἢ νόσος ἐμάρανε, pulcritudinem quidem vel tempus absumit, vel morbus corrumpit, *pro* ἀναλίσκει, *et* μαραίνει. *Nisi quis dicat esse enallagen.*

*In imperativo et conjunctivo saepè subit aoristus vicem futuri*: τύψον verberato tu, *vel* verberabis: τυψάτω verberator ille, *vel* verberabit: ἐὰν τύψω si verberavero; *quamvis frequenter ejusdem prorsus sit significationis cum praesenti*: τύψον verbera, ἐὰν τύψω si verberem.

*Eadem quoque vis et notio usitalissima est aoristis, quae temporum modi potentialis, permissivi seu concessivi, ut infra docebimus, maximè cum particula* ἄν. *Itaque non semper eodem modo latinè reddendus est aoristus; sed videre oportet, quid tota periodi structura, et sententiae ratio requirat.*

Idem augmentum habet uterque aoristus cum imperfecto: ἔτυπτον, ἔτυψα, ἔτυπον: ἀνύω, ἤνυον, ἤνυσα.

Characteristica aoristi primi eadem est quae futuri; à quo etiam formatur, converso ω in α, et praeposito augmento: τύψω, ἔτυψα.

Excipe primo ἔπω *dico*, εἶπα: ἐνέγκω *fero*, ἤνεγκα: τίθημι *pono*, ἔθηκα: δίδωμι *do*, ἔδωκα: ἵημι *mitto*, ἧκα.

Excipe secundò haec verba: χέω *fundo*, ἔχεα, vel ἔχευα; καίω *vel* κάω *uro*, ἔκηα; σεύω *moveo*, ἔσευα; ἀλεύω *vito*, ἤλευα: quae in α purum exeunt, sublata consonante futuri, χεύσω, καύσω; quamvis reperiatur quoque aoristus ἔχευσα et ἔκαυσα.

Penultima aoristi primi eadem est quae futuri, semperque naturâ aut positione longa: παίω *offendo*, ἔπαισα: λέγω *dico*, ἔλεξα. In tertia tamen conjugatione, itemque in quarta et sexta, modo brevis modo longa est penultima. φράζω *dico*, *loquor*, φράσω, ἔφρασα: κυλίω *volvo*, *voluto*, κυλίσω, ἐκύλισα: τελέω *finio*, τελέσω, ἐτέλεσα: γελάω *rideo*, γελάσω, ἐγέλασα: ἀνύω *perficio*, ἀνύσω, ἤνυσα. Poëtae carmini servientes saepè geminant σ: ἐτέλεσσαν, ἐγέλασσαν.

In quinta conjugatione, quae penultimam futuri brevem habet, sic producenda est eadem penultima in aoristo: α futuri mutatur in η, si in praesenti α simplex fuerit: ψάλλω, ψαλῶ, ἔψηλα. Si in praesenti fuerit αι, tunc α futuri atticè mutatur in η, communiter verò retinetur: μιαίνω *maculo*, μιανῶ, ἐμίηνα atticè, communiter ἐμίανα: φαίνω *appareo*, *ostendo*, φανῶ, ἔφηνα, ἔφανα. Est autem hîc α longum, quod in futuro fuerat breve. Ex ε futuri facienda est diphthongus, addito jota: σπείρω *sero* σπερῶ, ἔσπειρα: στέλλω *mitto*, στελῶ, ἔστειλα. ι et υ in futuro breves hîc habentur longae: κρίνω *judico*, κρινῶ, ἔκρινα: ὀτρύνω, ὀτρυνῶ, ὤτρυνα *impello*.

*Aoristus secundus.*

S. [ ἔτυπον, ἔτυπες, ἔτυπε. *verberavi*.
D. [ ἐτύπετον, ἐτυπέτην:
P. [ ἐτύπομεν, ἐτύπετε, ἔτυπον.

Fit hic aoristus ab imperfecto, cujus etiam augmentum habet. Tertia pluralis est aequalis primae singulari.

Penultima brevis est, ac fermè una ex ancipitibus α, ι, υ. η, et ω praesentis et imperfecti mutantur in α: λήβω, inusitatum, ἔληβον, aorist. 2. ἔλαβον *accepi*: τρώγω *comedo*, ἔτρωγον, ἔτραγον *comedi*. αι, αυ, et ου abjiciunt subjunctivam: καίω *uro*, ἔκαον: παύω *sedo*, ἔπαον: ἀκούω *audio*. ἤκοον. ει et ευ abjiciunt praepositivam ε: λείπω *relinquo*, ἔλιπον: φεύγω *fugio*, ἔφυγον. ε quintae conjugationis licet breve sit, mutatur tamen in α: δέρω *excorio*, ἔδαρον: στέλλω *mitto*, ἔσταλον: τέμνω *scindo*, ἔταμον et ἔτεμον. Idipsum quoque in aliarum conjugationum verbis contingit, praecipuè si habent liquidam vel ante, vel post ε: τρέπω *verto*, ἔτραπον: τρέφω *nutrio*, ἔτραφον: κλέπτω *furor*, ἔκλαπον. Haec tamen tria, λέγω *dico*, φλέγω *uro*, βλέπω *video*, non mutant ε in α. Trisyllaba quintae abjiciunt jota: ὀφείλω *debeo*, ὤφελον: ἐγείρω *excito*, ἤγερον.

Si penultima praesentis et imperfecti longa sit positione, abjicitur littera illa, quae non est characteristica: κάμνω *laboro*, ἔκαμον: τίκτω *pario*, ἔτεκον, quasi à τέκω.

Penultimam in hoc aoristo longam habent multa dissyllaba, eò quod in eamdem syllabam cadat augmentum temporale, vel littera longa loco augmenti. ᾄδω *cano*, ᾖδον:

ἕλκω *traho*, εἷλκον: ἕλω *capio*, εἷλον: ἔπω *dico*, εἶπον: ἔχω *habeo*, εἶχον: ἥκω *venio*, ἧκον: ἄγω *ago*, *duco*, ἦγον, et atticè ἤγαγον: εἴδω *video*, εἶδον: ( nam ἴδον poëticum est ) ἐλεύθω *venio*, ἦλθον, per syncopen pro ἤλυθον. Invenitur etiam trisyllabi aoristi penultima longa: ἐνέγκω *fero*, ἤνεγκον: πέρθω devasto, ἔπαρθον: δέρκω, ἔδαρκον, *video*, et metathesi ἔπραθον, ἔδρακον. Longam quoque habent penultimam multa circumflexa primae et secundae conjugationis, sive duarum sive plurium syllabarum: σχέω, ἔσχον, *habui*; εὑρέω *invenio*, εὗρον; βλαστέω *germino*, ἔβλαστον; δουπέω *sono*, ἔδουπον; ὀλισθέω *cado*, ὤλισθον; σπάω *vello*, *traho*, ἔσπον; nihil enim in his mutatur propter aoristum.

## DE CHARACTERISTICA

### AORISTI SECUNDI.

Characteristica eadem est hujus aoristi, praesentis, et imperfecti, ( loquendo de characteristica quae sit consonans ) τύπτω, ἔτυπτον, ἔτυπον.

Excipitur primo: βλάπτω *noceo*, ἔβλαβον; κρύπτω *abscondo*, ἔκρυβον; καλύπτω *tego*, ἐκάλυβον per β; et βάπτω *tingo*, ἔβαφον; θάπτω *sepelio*, ἔταφον; σκάπτω *fodio*, ἔσκαφον; ῥάπτω *suo*, ἔῤῥαφον per φ.

Excipiuntur secundò verba quartae conjugationis, quorum futurum desinit in ξω: habent enim characteristicam γ: quorum verò futurum exit in σω, characteristicam habent δ: ὀρύττω *fodio*, ὀρύξω, ὤρυγον: φράζω *loquor*, φράσω, ἔφραδον.

ANNOTATIO.

*Desinentia in ουω vel ευω fere carent aoristo secundo. Non enim dicimus à* παιδεύω instituo, ἐπαίδυον; *nec à* βασιλεύω regno, ἐβασίλυον; *nec à* κρούω pulso, ἔκροον.

*A verbo tamen* ἀκούω *usurpatur* ἤκοον: *sed magis apud poëtas quam oratores, qui aoristum primum* ἤκουσα *frequentant. Et quamvis in quarta conjugatione à quolibet verbo formari possint aoristi secundi, non omnes tamen usitati sunt. Quis enim audivit umquam* ἐφρόντιδον, *à* φροντίζω curo; *aut* ἐβάδιδον, *à* βαδίζω vado; *aut* ἐφύλαγον, *à* φυλάττω custodio, caveo? *Idem autem significat aoristus secundus, quod primus: neque necessitatis, sed copiae caussâ inventus et usurpatus est à graecis.*

# DIALECTI
## AORISTI SECUNDI.

*Tertiam personam pluralem faciunt boeotici in imperfecto et in utroque aoristo parem syllabis primae pluralis numeri:* ἐτύπτομεν, ἐτύπτοσαν: ἐτύψαμεν, ἐτύψασαν: ἐτύπομεν, ἐτύποσαν. *Hinc illa:* εἴδοσαν sciverunt, ἤλθοσαν venerunt, ἐμάθοσαν didicerunt, *pro* εἶδον, ἦλθον, ἔμαθον.

*Solent etiam jones et poëtae secundo aoristo et hic; et in aliis modis, saepe praeponere augmentum praeteriti:* κέκαδον *pro* ἔχαδον, *à verbo* χάζω contineo, *mutatione* τοῦ χ *in* κ: *hinc aoristus secundus participii* κεκαδὼν *pro* καδὼν, *et medius* κεκαδόμην *pro* ἐκαδόμην: κεκάμω *pro* κάμω *aoristus secundus conjunctivi à* κάμνω: τεταγὼν *pro* ταγὼν, *à themate* τάζω, *quod est* λαμβάνω accipio, apprehendo; *ut annotat Eustathius in illud Iliad.* 1.

Ῥίψε ποδὸς, τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.
Dejecit (me) de caelo pede apprehensum.

*Similia multa exempla passim occurrunt apud poëtas.*

*Futurum primum.*

S. [ τύψω, τύψεις, τύψει. *verberabo.*
D. [ τύψετον, τύψετον.
P. [ τύψομεν, τύψετε, τύψουσι.

Fit à praesenti, mutatâ characteristicâ praesentis in characteristicam futuri: λέγω *dico*, λέξω: ᾄδω *cano*, ᾄσω.

Penultima futuri eadem est cum praesenti: λέγω, λέξω.

Excipe primò verba quintae conjugationis, quae penultimam futuri corripiunt, abjiciendo vel posteriorem consonantem, vel vocalem subjunctivam ex diphthongo: στέλλω *mitto*, στελῶ; σπείρω *semino*, σπερῶ.

Excipe secundò verba contracta: φιλέω *amo*, φιλήσω; τιμάω *honoro*, τιμήσω; δηλόω *manifesto*, δηλώσω. Quamvis quaedam conveniant cum praesenti: πονέω *laboro*, πονέσω; γελάω *rideo*, γελάσω; ὀμόω *juro*, ὀμόσω.

Excipe tertiò barytona nonnulla, quae futurum à circumflexis mutuantur: θέλω *volo*, θελήσω; ὀφείλω *debeo*, ὀφειλήσω; αὔξω *augeo*, αὐξήσω; ἕψω *coquo*, *concoquo*, ἑψήσω; ἀλέξω *arceo*, ἀλεξήσω. Sic βούλομαι *volo*, βουλήσομαι; οἴομαι *puto*, οἰήσομαι: quasi à θελέω, ὀφειλέω, αὐξέω, etc.

Excipe quartò πλέω *navigo*, ῥέω *fluo*, πνέω *spiro*, νέω *annuo*: quorum futurum exit in ευσω; πλεύσω, ῥεύσω, πνεύσω, νεύσω, et νήσω. Sic κλάω *fleo*, κλαύσω; καίω vel κάω *uro*, καύσω.

Tria quoque futura non retinent litteram aut spiritum praesentis: τρέφω *nutrio*, θρέψω: τρέχω *curro*, θρέξω: ἔχω *habeo*, ἕξω, ad differentiam adverbii ἔξω *extra*.

# DE DIALECTIS FUTURI.

Attici futurum polysyllabum quartae conjugationis in ισω circumflectunt, sublato σ: *νομίζω puto*, νομίσω, νομιῶ; *βαδίζομαι vado*, βαδίσομαι, βαδιοῦμαι. Hinc primum futurum medium horum verborum semper circumflectitur: νομιοῦμαι.

*Doricè verba quartae conjugationis in* ζω *exeunt in* σδω: κωμάσδω *pro* κωμάζω lascivio: συρίσδω *pro* συρίζω sibilo, fistulâ cano. Futurum in σω *non tantùm horum verborum, sed aliorum itidem mutant dores in* ξῶ: βαδίζω, βαδίσω, βαδιξῶ: κλείω claudo, κλείσω, κλαξῶ, *et* κλασῶ. *Circumflectunt enim futurum primum dores in omnibus personis et numeris*: τυψῶ, τυψεῖς, τυψεῖ, τυψεῖτον. *Iidem tertiam pluralem utriusque futuri indicativi formant in* οῦντι; τυψοῦντι, τυποῦντι.

*Aeoles futurum quintae conjugationis verborum in* ρω *efferunt per* σω: ὄρω concito, *futurum* ὀρῶ, *aeolicè* ὄρσω; σπείρω sero, σπερῶ, σπέρσω.

*In futuro sextae conjugationis saepe abjiciunt poëtae* σ: δήω inveniam, δήεις: invenies, δήομεν inveniemus; *pro* δήσω, δήσεις, δήσομεν, *a* δήω: *sic* ἔδηα *pro* ἔδησα

inveni. *Reperitur etiam* κλείω laudabo *pro* κλείσω; *et* κέω, *seu* κείω cubabo *pro* κέσω, *à* κέω : *et* κέων *pro* κέσων cubiturus.

*Futurum secundum.*

S. [ τυπῶ, τυπεῖς, τυπεῖ. *verberabo.*
D. [ τυπεῖτον, τυπεῖτον.
P. [ τυποῦμεν, τυπεῖτε, τυποῦσι.

Idem significat, quod futurum primum; fitque ab aoristo secundo, mutato ον in ῶ circumflexum, augmento rejecto.

IMPERATIVI

*Praesens et imperfectum.*

S. [ τύπτε, τυπτέτω. *verbera.*
D. [ τύπτετον, τυπτέτων.
P. [ τύπτετε, τυπτέτωσαν.

ANNOTATIO.

*Et hujus, et reliquorum omnium modorum tempora formantur à temporibus indicativi, exiguà mutatione factâ, ut quivis per se deprehendere poterit :* τύπτε *à* τύπτω, τέτυφε *à* τέτυφα, τύψον *à* τύψα.

*Tertias plurales imperativi faciunt attici similes genitivo plurali participiorum ejusdem temporis:* τυπτόντων *pro* τυπτέτωσαν, τυψάντων *pro* τυψάτωσαν, τετυφότων *pro* τετυφέτωσαν. *Hinc historiola illa apud Laërtium in Socrate ; nam in*

*judicio Socratis ajunt:* τὸν Πλάτωνα ἀναβῆναι ἐπὶ τὸ βῆμα, καὶ εἰπεῖν, ὢν νεώτατος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν ἐπὶ τὸ βῆμα ἀναβάντων, τοὺς δικαστὰς ἐκβοῆσαι: καταβάντων, τουτέστι, κατάβηθι descende. *Sunt qui putent subaudiri verbum* ἔστωσαν *hoc sensu*: ἔστωσαν τῶν τυπτόντων *vel* τυψάντων sint ex verberantibus, *id est*, τυπτέτωσαν verberent.

*Praeteritum perfectum et plusquam perfectum.*

| | | |
|---|---|---|
| S. | τέτυφε, τετυφέτω. | *verberaveris.* |
| D. | τετύφετον, τετυφέτων. | |
| P. | τετύφετε, τετυφέτωσαν. | |

*Aoristus primus.*

| | | |
|---|---|---|
| S. | τύψον, τυψάτω. | *verberato tu.* |
| D. | τύψατον, τυψάτων. | |
| P. | τύψατε, τυψάτωσαν. | |

*Aoristus secundus.*

| | | |
|---|---|---|
| S. | τύπε, τυπέτω. | *verberato tu.* |
| D. | τύπετον, τυπέτων. | |
| P. | νύπετε, τυπέτωσαν. | |

Praeteritum perfectum ubique servat suum augmentum, sive syllabicum, sive temporale. Aoristi illud amittunt extra indicativum, excepto verbo εἶπον, de quo supra dictum est pag. 132.

Aoristus secundus ultimam habet gravem: τύπε; sed acuuntur ἐλθέ *veni*, εὑρέ *inve-*

*ni*, εἰπὲ *dic*; sic atticè λαβέ *cape*, ἰδέ *vide*, communiter λάβε, ἴδε.

Imperativus caret utroque futuro, ut et subjunctivus. Utriusque vicem subeunt aoristi, qui tamen praesentis quoque significationem et hîc, et in subjunctivo admittunt.

ANNOTATIO.

*Imperativum apud latinos carere praeterito, doctè ostendit ex Varrone Emmanuel lib. 1. suae Grammaticae, ubi de prima verborum conjugatione agit. Quaerat autem meritò quis, cùm latini naturam et rationem imitati praeteritum ab imperativo excluserint, ( nemo enim praeteritum vel agendum vel cavendum imperat ) cur graeci praeteritum imperativo tribuerint non tantùm in activa, verùm etiam in passiva voce? Respondeo hujus rei eamdem reddi posse caussam, quam reddimus cùm quaeritur, cur graeci duplices aoristos, et duplex futurum habeant. Dicimus enim non diversitatem significationis, sed copiam idem pluribus quoque modis efferendi, causam esse. Ita planè hic* τετυφε, *et quodcumque aliud praeteritum activum imperativi, idem omnino significat quod vel praesens, vel futurum:* τέτυφε verbera, *vel* verberato tu. *Neque praeteritam significationem feceris, licet* τέτυ-

φε *per verbum* verberaveris *interpretere. Nam et hoc futurum est, non praeteritum, quamvis cum respectu ad praeteritum: sensus enim est,* verberaveris, *id est:* fac ut futuro tempore verum sit dicere, te verberasse. *De significatione praeteriti perfecti passivi imperativi modi dicemus suo loco.*

## OPTATIVI

*Praesens et imperfectum.*

εἴγε, *utinam.*

S. [ τύπτοιμι, τύπτοις, τύπτοι. *verberarem.*
D. [ τύπτοιτον, τυπτοίτην.
P. [ τύπτοιμεν, τύπτοιτε, τύπτοιεν.

*Perfectum et plusquam perfectum.*

εἴγε, *utinam.*

S. [ τετύφοιμι, τετύφοις, τετύφοι. *verberavissem.*
D. [ τετύφοιτον, τετυφοίτην.
P. [ τετύφοιμεν, τετύφοιτε, τετύφοιεν.

### ANNOTATIO.

*Praeteritum perfectum et plusquam perfectum optativi, plerique conjungunt apud latinos, graecorum imitatione. Noster tamen Emmanuel lib.* 1. *Grammat. quâ parte de prima conjugatione agit, rectè disjungit haec duo tempora, ut perfectum sit,* utinam amaverim; *plusquam perfectum,* utinam amavissem. *Hinc cùm ea-*

*dem vox graeca* τετύφοιμι *utrumque tempus significet, per utrumque latinè reddenda est.*

*Aoristus primus.*

εἴθε, *utinam.*

S. [ τύψαιμι, τύψαις, τύψαι. *verberaverim.*
D. [ τύψαιτον, τυψαίτην.
P. [ τύψαιμεν, τύψαιτε, τύψαιεν.

*Aoristus secundus.*

εἴθε, *utinam.*

S. [ τύποιμι, τύποις, τύποι. *verberaverim.*
D. [ τύποιτον, τυποίτην.
P. [ τύποιμεν, τύποιτε, τύποιεν.

*Futurum primum.*

εἴθε, *utinam.*

S. [ τύψοιμι, τύψοις, τύψοι. *verberem.*
D. [ τύψοιτον, τυψοίτην.
P. [ τύψοιμεν, τύψοιτε, τύψοιεν.

*Futurum secundum.*

εἴθε, *utinam.*

S. [ τυποῖμι, τυποῖς, τυποῖ. *verberem.*
D. [ τυποῖτων, τυποίτην.
P. [ τυποῖμεν, τυποῖτε, τυποῖεν.

Sicut latini suo optativo adverbium optandi *utinam* praeponunt; sic et graeci suo adverbium εἴθε.

In primo aoristo penultima est αι, in reliquis temporibus est οι. Futurum secundum circumflectitur, ut à secundo aoristo differat.

*Aoristus aeolicus.*

εἴθε, *utinam.*

S. [ τύψεια, τύψειας, τύψειε. *verberaverim.*
D. [ τυψείατον, τυψειάτην.
P. [ τυψείαμεν, τυψείατε, τύψειαν.

Usitatissimus est hic aoristus apud omnes scriptores tam poëtas, quam oratores, maximè in secunda et tertia singulari, et in tertia plurali. Formatur autem à primo aoristo indicativi, inserta diphthongo ει post figurativam.

## CONJUNCTIVI

*Praesens et imperfectum.*

ἐὰν, *cum.*

S. [ τύπτω, τύπτῃς, τύπτῃ. *si verberem.*
D. [ τύπτητον, τύπτητον.
P. [ τύπτωμεν, τύπτητε, τύπτωσι.

ANNOTATIO.

*Inflexioni subjunctivorum adhibent graeci conjunctionem* ἐάν. *Omnia tempora pluralis numeri pro* ωσι *faciunt dorìcè* ωντι: τύπτωντι, τετύφωντι.

*Perfectum et plusquam perfectum.*

ἐὰν, *cum.*

S. [ τετύφω, τετύφῃς, τετύφῃ. *si verberaverim.*
D. [ τετύφητον, τετύφητον.
P. [ τετύφωμεν, τετύφητε, τετύφωσι.

*Aoristus primus.*

ἐὰν, *cum.*

S. [ τύψω, τύψῃς, τύψῃ. *si verberavero.*
D. [ τύψητον, τύψητον.
P. [ τύψωμεν, τύψητε, τύψωσι.

*Aoristus secundus.*

ἐὰν, *cum.*

S. [ τύπω, τύπῃς, τύπῃ. *si verberavero.*
D. [ τύπητον, τύπητον.
P. [ τύπωμεν, τύπητε, τύπωσι.

In secunda et tertia singulari omnium temporum est ῃ diphthongus impropria; in duali et plurali est tantùm vocalis η.

## DIALECTI CONJUNCTIVI.

*Iones tertiis personis singularibus subjunctivorum vocis activae, saepe addunt* σι *vel* σιν *sequente vocali, idque in omni genere verborum: itaque pro* τύπτῃ, ποιῇ, τιθῇ, *dicunt* τύπτῃσι, ποιῇσι, τιθῇσι.

*Poëtae primam pluralem subjunctivorum in* ωμεν *efferunt per* ομεν.

## INFINITIVI

*Praesens et imperfectum.*

τύπτειν, *verberare.*

*Perfectum et plusquam perfectum.*

τετυφέναι, *verberasse.*

*Aoristus primus.*

τύψαι, *verberasse.*

*Aoristus secundus.*

τυπεῖν, *idem.*

*Futurum primum.*

τύψειν, *verberaturum esse.*

*Futurum secundum.*

τυπεῖν, *idem.*

ANNOTATIO.

*Gerundiis et supinis carent graeci. Eorum loco utuntur verbis infinitivi modi, interdum cum praepositione et articulo, interdum sine his:* πορεύομαι δειπνεῖν, πονεῖν vado coenare, laborare, *seu* coenatum, laboratum: πορεύομαι πρὸς τὸ δειπνεῖν eo coenatum; ἐν τῷ δειπνεῖν in coenando, *vel* inter coenandum; χρόνος τοῦ δειπνεῖν tempus coenandi. *Cùm ergo tot modis latinorum gerundia et supina exprimere possint graeci non difficulter carent gerundiis et supinis.*

DIALECTI INFINITIVI.

*Infinitivi doricè* τύπτεν, τύψεν, τυπέν; *doricè item et aeolice* τύπτην, τύψην, *vel*

*per* η; *nam apud Theocritum legitur* κοσμῆν, καθεύδην.

*Aeoles quoque verba in* ᾶν *vel* οῦν *per* αις *et* οις *efferunt:* γελαῖς ridere *pro* γελᾶν; πειναῖς esurire *pro* πεινᾶν; ὑψοῖς elevare *pro* ὑψοῦν; ὀρθοῖς corrigere *pro* ὀρθοῦν.

*Iones aoristo et futuro secundo in* εῖν *interserunt* ε: τυπέειν *pro* τυπεῖν; βαλέειν *pro* βαλεῖν.

*Ex infinitivis in* ειν, ουν, ναι *desinentibus formant attici et dores sequentes terminationes.*

| *Communiter.* | *Atticè et doricè.* | *Ionicè.* |
|---|---|---|
| τύπτειν, | τυπτέμεναι, | τυπτέμεν. |
| τύψειν, | τυψέμεναι, | τυψέμεν. |
| τετυφέναι, | τετυφέμεναι, | τετυφέμεν. |
| τετυπέναι, | τετυπέμεναι, | τετυπέμεν. |
| τυπεῖν, | τυπέμεναι, | τυπέμεν. |
| τυφθῆναι, | τυφθήμεναι, | τυφθῆμεν. |
| τυπῆναι, | τυπήμεναι, | τυπῆμεν. |
| δηλοῦν, | δηλόμεναι, | δηλόμεν. |
| τιθέναι, | τιθέμεναι, | τιθέμεν. |
| θεῖναι, | θέμεναι, | θέμεν. |
| ἱστάναι, | ἱστάμεναι, | ἱστάμεν. |
| στῆναι, | στήμεναι, | στῆμεν. |
| διδόναι, | διδόμεναι, | διδόμεν. |
| δοῦναι, | δόμεναι, | δόμεν. |
| εἶναι, | ἔμεναι et ἔμμεναι | ἔμεν. |

## PARTICIPII

*Praesens et imperfectum.*

M. [ ὁ τύπτων, τοῦ τύπτοντος, *verberans.*
F. [ ἡ τύπτουσα, τῆς τυπτούσης.
N. [ τὸ τύπτον, τοῦ τύπτοντος.

*Praeteritum perfectum et plusquam perfectum.*

M. [ ὁ τετυφὼς, τοῦ τετυφότος, *qui verbera-*
F. [ ἡ τετυφυῖα, τῆς τετυφυίας. ( *vit.*
N. [ τὸ τετυφὸς, τοῦ τετυφότος.

*Aoristus primus.*

M. [ ὁ τύψας, τοῦ τύψαντος. *qui verberavit.*
F. [ ἡ τύψασα, τῆς τυψάσης.
N. [ τὸ τύψαν, τοῦ τύψαντος.

*Aoristus secundus.*

M. [ ὁ τυπὼν, τοῦ τυπόντος. *qui verbera-*
F. [ ἡ τυποῦσα, τῆς τυπούσης. ( *vit.*
N. [ τὸ τυπὸν, τοῦ τυπόντος.

*Futurum primum.*

M. [ ὁ τύψων, τοῦ τύψοντος. *verberaturus.*
F. [ ἡ τύψουσα, τῆς τυψούσης.
N. [ τὸ τύψον, τοῦ τύψοντος.

*Futurum secundum.*

M. ὁ τυπῶν, τοῦ τυποῦντος. *verberaturus.*
F. ἡ τυποῦσα, τῆς τυπούσης.
N. τὸ τυποῦν, τοῦ τυποῦντος.

Aoristus secundus acuitur, τυπών; secundum futurum circumflectitur, τυπῶν.

Participia masculina et neutra pertinent ad quintam, feminina ad secundam declinationem simplicium.

## QUOMODO PARTICIPIA ACTIVA

### LATINE SINT REDDENDA.

*Omne tempus apud graecos suum habet participium, non item apud latinos. Hinc multa, non nisi periphrasi adhibitá, latinè exprimere possumus. Licet enim praesens et imperfectum* ὁ τύπτων *rectè interpretemur per praesens latinum* verb rans, *quod itidem imperfecti significationem habet; et similiter futurum primum et secundum, per futurum latinum: tamen praeteritum et aoristum necessariò circumloqui debemus:* ὁ τετυφὼς, ὁ τύψας, ὁ τυπών, qui verberavi, *vel* qui verberasti, *vel* qui verberavit, *per omnes casus et personas, prout locus et sententiae ratio exigit.*

*Interdum substituitur nomen:* ὁ τετυφὼς,

percussor, verberator. *Interdum, et quidem frequenter et eleganter, per participium passivum vim aoristi, et praeteriti exprimimus*: τύψας λίθον εὗρον τὸ πῦρ, percusso lapide inveni ignem, *vel* cum lapidem percussi, *vel* cum percussissem lapidem; *vel alio simili modo.*

*Quorumdam significationem ad verbum reddimus per participia verborum deponentium vel communium:* ὁ κλέψας furatus, λαλήσας, λελαληκὼς locutus, καταφιλήσας osculatus.

*Interpretantur nonnulli praeteritum et aoristos per praesens latinum: hoc licet nonnumquam fieri possit, haud tamen semper est licitum; cum, ut sunt à praesenti distincta tempora, ita quoque distinctas significationes habeant.*

*Est autem participiorum creber usus apud graecos: et quod nos nisi longis verborum ambagibus significamus, illud ipsi breviter et eleganter per participium efferunt.*

*Dialectos porrò easdem admittunt participia, quas declinationes quibus declinantur. Et praeterea dores et aeoles pro* τύψας, τύψαις *dicunt.*

# PARADIGMA VERBI

## PASSIVI.

*Indicativi praesens.*

S. [ τύπτομαι, τύπτῃ, τύπτεται. *verberor.*
D. [ τυπτόμεθον, τύπτεσθον, τύπτεσθον.
P. [ τυπτόμεθα, τύπτεσθε, τύπτονται.

Secunda persona passivi praesentis, et futuri desinit in ῃ: τύπτῃ, τυφθήσῃ, τυπήσῃ, τετύψῃ.

Excipe primò βούλομαι, βούλει, *volo*: οἴομαι, οἴει, *puto*: ὄψομαι, ὄψει, *videbo, ab* ὄπτομαι: quae secundam personam in ει habent, more attico.

Excipe secundò verba nonnulla barytona, quae in praesenti vel futuro habent terminationem praeteriti perfecti in σαι: καυχάομαι, καυχῶμαι *glorior*; καυχάεσαι, καυχᾶσαι, pro καυχάῃ, καυχᾷ: ὀδυνάομαι, ὀδυνάεσαι, ὀδυνᾶσαι *cruciaris*, apud Aeschilum: et in futuro φάγομαι, φάγεσαι *comedes*, pro φάγῃ.

# DE DIALECTIS

## PRAESENTIS.

*Secunda persona singularis in* ῃ *jonicè exit in* εαι: τύπτεαι, τυφθήσεαι, τυπήσεαι,

τετύψεαι: *formant enim jones secundam personam à tertia, ablato* τ: τύπτεται, τύπτεαι; τυφθήσεται, τυφθήσεαι.

*Prima pluralis jonicè finitur in* μεσθα, τυπτόμεσθα: *idque non tantùm in praesenti, sed in omnibus temporibus in* μεθα. *Aeolicè in* μεθε *vel* μεθεν, τυπτόμεθε *vel* τυπτόμεθεν.

*Imperfectum.*

S. [ ἐτυπτόμην, ἐτύπτου, ἐτύπτετο. *verberabar.*
D. [ ἐτυπτόμεθον, ἐτύπτεσθον, ἐτυπτέσθην.
P. [ ἐτυπτόμεθα, ἐτύπτεσθε, ἐτύπτοντο.

DIALECTI.

*Secunda persona jonicè in* εο *desinit, à tertia* ἐτύπτετο, *ablato* τ, ἐτύπτεο.

*Praeteritum perfectum.*

S. [ τέτυμμαι, τέτυψαι, τέτυπται. *verberatus*
D. [ τετύμμεθον, τέτυφθον, τέτυφθον. ( *sum.*
P. [ τετύμμεθα, τέτυφθε, τετυμμένοι εἰσί.

Fit ab activo praeterito, extremâ syllabâ aut litterâ in μαι conversâ. Extremâ quidem syllabâ, quoties activum exit in κα: litterâ vero, cum activum in φα vel χα desinit.

Secunda persona exit in σαι, actu scilicet aut potestate. Actu, ut κέκριμαι *judicatus sum*, κέκρισαι *judicatus es.* Potestate et valore, ut τέτυψαι, λέλεξαι: nam ψ

et ξ valent etiam σ. Excipitur praeteritum μέμνημαι *memini*, quod in secunda persona habet terminationem praesentis μέμνῃ: licet etiam legatur μέμνησαι.

Tertia persona exit in ται.

Secunda et tertia dualis, et secunda pluralis, fiunt in omni conjugatione barytona à tertia singulari, mutatis tenuibus in suas adspiratas, et αι in ον vel ε: τέτυπται, τέτυφθον, τέτυφθε.

Tertiam pluralem circumloquimur per participium praeteriti, et verbum substantivum εἰμὶ, quoties tertia singularis non desinit in ται purum: τέτυπται, τετυμμένοι εἰσί. Cùm verò tertia singularis ται purum fuerit, tunc fit ab eâ tertia pluralis sine circumlocutione, interponendo ν ante ται: νενέμηται, νενέμηνται *distributi sunt*: κέκριται, κέκρινται *judicati sunt*.

## DE FORMATIONE PRAETERITI

### PRIMAE CONJUGATIONIS.

In prima conjugatione mutatur φα activi in μμαι: τέτυφα, τέτυμμαι; γέγραφα, γέγραμμαι.

In secunda et tertia singulari est π tenuis actu, vel potestate. Actu, τέτυπται: potestate, τέτυψαι: nam ψ valet πσ.

## EXEMPLUM PRAETERITI PASSIVI

### SECUNDAE CONJUGATIONIS.

S. [ λέλεγμαι, λέλεξαι, λέλεκται, *dictus sum.*
D. [ λελέγμεθον, λέλεχθον, λέλεχθον.
P. [ λελέγμεθα, λέλεχθε, λελεγμένοι εἰσί.

Formatur à voce activa mutando χα in γμαι: λέλεχα, λέλεγμαι.

Dissyllaba primae et secundae conjugationis, quae in attico praeterito mutant ε in ο, hîc repetunt suum ε: κλέπτω *furor*, κέκλοφα, κέκλεμμαι. Invenitur etiam κέκλαμμαι *furto ablatus sum.*

Quae ρε habent cum aliqua consonante vertunt ε in α: στρέφω *verto*, ἔστρεφα, ἔστραμμαι *versus sum*: τρέφω, τέτραμμαι *nutritus sum*; sed βρέχω *rigo*, βέβρεχα, βεβρεγμένος *rigatus.*

### *Exemplum tertiae conjugationis.*

S. [ πέπεισμαι, πέπεισαι, πέπεισται, *persuasus*
D. [ πεπείσμεθον, πέπεισθον, πέπεισθον. (*sum.*
P. [ πεπείσμεθα, πέπεισθε, πεπεισμένοι εἰσί.

Formatur à πείθω *persuadeo*, πέπεικα, κα vertendo in μαι, et interposito σ.

### *Exempla quartae conjugationis.*

S. [ ὤρυγμαι, ὤρυξαι, ὤρυκται, *fossus sum.*
D. [ ὠρύγμεθον, ὤρυχθον, ὤρυχθον.
P. [ ὠρύγμεθα, ὤρυχθε, ὠρυγμένοι εἰσί.

S. [ πέφρασμαι, πέφρασαι, πέφρασται, *dictus sum.*
D. [ πεφράσμεθον, πέφρασθον, πέφρασθον.
P. [ πεφράσμεθα, πέφρασθε, πεφρασμένοι εἰσί.

Sicut in activa voce quaedam verba hujus conjugationis sequuntur secundam, quaedam verò tertiam; ita etiam in voce passiva.

*Exempla quintae conjugationis.*

S. [ ἔψαλμαι, ἔψαλσαι, ἔψαλται, *cantatus sum.*
D. [ ἐψάλμεθον, ἔψαλθον, ἔψαλθον.
P. [ ἐψάλμεθα, ἔψαλθε, ἐψαλμένοι εἰσί.

S. [ ἔσπαρμαι, ἔσπαρσαι, ἔσπαρται, *satus sum à*
D. [ ἐσπάρμεθον, ἔσπαρθον, ἔσπαρθον. (σπείρω.
P. [ ἐσπάρμεθα, ἔσπαρθε, ἐσπαρμένοι εἰσί.

Ut in activo praeterito, ita et hîc servantur immutabiles λ et ρ. Quae verò in activo η adsciscunt ad μ, vel ν, aut haec omnino abjiciunt, hîc idem faciunt; ut in his exemplis vides.

S. [ νενέμημαι, νενέμησαι, νενέμηται à νέμω *distri-*
D. [ νενεμήμεθον, νενέμησθον, νενέμησθον. (*buo.*
P. [ νενεμήμεθα, νενέμησθε, νενέμηνται.

Sic τετέμημαι à τέμνω *seco*, βεβρέμημαι à βρέμω *fremo*, δεδέμημαι à δέμω *aedifico.*

S. [ κέκριμαι, κέκρισαι, κέκριται à κρίνω *judico.*
D. [ κεκρίμεθον, κέκρισθον, κέκρισθον.
P. [ κεκρίμεθα, κέκρισθε, κέκρινται.

Sic ἔκταμαι, ἔκτασαι *interfectus sum*, à κτείνω: τέθυμαι, τέθυσαι, à θύνω, *feror impetu*: quae ν praesentis abjiciunt. Secunda et ter-

tia dualis, et secunda pluralis assumunt σ ante Θ, quoties tertia singularis desinit in ται purum; quod item in plusquam perfecto, atque in omnibus omnium modorum praeteritis fieri observandum est.

Quorum activum exit in γκα, formant passivum primae personae in μμαι: φαίνω *ostendo*, *appareo*, πέφαγκα, πέφαμμαι, πέφανσαι, πέφανται: in secundis etiam ac tertiis personis manet ν. Attici haec praeterita, primae item personae, formant per σμαι: μιαίνω *maculo*, μεμίαγκα, μεμίασμαι: μολύνω *contamino*, μεμόλυσμαι: πέφασμαι: hinc φάσμα *spectrum*.

*Exempla sextae conjugationis.*

S. [ ἤκουσμαι, ἤκουσαι, ἤκουσται, *auditus sum*.
D. [ ἠκούσμεϑον, ἤκουσϑον, ἤκουσϑον.
P. [ ἠκούσμεϑα, ἤκουσϑε, ἠκουσμένοι εἰσί.

S. [ τετόξευμαι, τετόξευσαι, τετόξευται.
D. [ τετοξεύμεϑον, τετόξευσϑον, τετόξευσϑον.
P. [ τετοξεύμεϑα, τετόξευσϑε, τετόξευνται.

Conjugatio haec interdum habet σ in singulari, interdum non habet, ut patet in allatis exemplis; quae autem id habeant, quae non, usus te docebit.

## DIALECTI PRAETERITI.

*Ex tertiis singularibus formant jones tertias plurales, posita ante ται vocali α, et praecedentem tenuem mutando in adspiratam*: τέτυπται, τετύφαται verberati sunt: λέλεκται, λελέχαται dicti sunt: τέτακται, τετάχαται ordinati sunt.

*In tertia et quarta conjugatione mutatur σ in characteristicam praeteriti medii*: πέπλησται *a* πλήθω, πεπλήθαται impleti sunt: πέφρασται *a* φράζω, πεφράδαται locuti sunt: ἧσται *ab* ἄδω, ἥδαται cantati sunt.

*In quinta conjugatione tantùm interponitur α, reliquis omnibus integris*: ἔψαλται, ἐψάλαται cantati sunt: ἔσπαρται, ἐσπάραται sati sunt: ἔφθαρται, ἐφθάραται *à* φθείρω, corrupti sunt.

*In sexta conjugatione ponitur α ante ται purum, et longa corripitur*: πεφίληται, πεφιλέαται amati sunt: δεδήλωται, δεδηλόαται manifestati sunt: τέθειται, τεθέαται positi sunt.

*Si verò sit anceps, hoc ipso censebitur brevis*: εἴρυται, εἰρύαται tracti sunt: κέκλιται, κεκλίαται reclinati sunt.

*Quaedam tamen vocalem longam vel diphthongum retinent*: δεδαίαται divisi sunt, βεβλήαται jacti sunt. *Et in plusquam perfecto* βεβλήατο, κεχολώατο irati sunt.

*Praeteritum plusquam perfectum.*

S. [ ἐτετύμμην, ἐτέτυψο, ἐτέτυπτο, *verberatus*
D. [ ἐτετύμμεθον, ἐτέτυφθον, ἐτετύφθην. (*eram.*
P. [ ἐτετύμμεθα, ἐτέτυφθε, τετυμμένοι ἦσαν.

Tertia pluralis exit in ντο, si singularis desinat in το purum, ut supra de praeterito diximus: ἐκέκριτο, ἐκέκριντο *judicati erant*: ἐτετόξευτο, ἐτετόξευντο *jaculis petiti fuerant*, à τοξεύω *jaculor.*

## DIALECTI PLUSQUAM PERFECTI.

*Eodem modo formant jones et poëtae in hoc tempore tertias plurales, quo supra in praeterito*: βεβλήατο *seu* ἐβεβλήατο, *à* βάλλω jacio: κεχολώατο irati sunt, *à* χολόω irascor.

*Aoristus primus.*

S. [ ἐτύφθην, ἐτύφθης, ἐτύφθη. *verberatus*
D. [ ἐτύφθητον, ἐτυφθήτην. (*sum.*
P. [ ἐτύφθημεν, ἐτύφθητε, ἐτύφθησαν.

Formatur à tertia persona singulari praeteriti passivi, mutatis αι in ην, et tenuibus illud αι in eadem syllaba praecedentibus in adspiratas, assumptoque imperfecti augmento: τέτυπται, ἐτύφθην: λέλεκται, ἐλέχθην: πέπεισται, ἐπείσθην: nam σ praeteriti hîc quoque servatur.

Excipe ἐσώθην *servatus sum*, à σέσωσται, σώζομαι *servor.* At in his duobus ἐμνήσθην *recordatus sum*, ἐῤῥώσθην *convalui, confirmatus sum*, adsciscitur σ; cum in praeterito μέμνηται, ἔῤῥωται non inveniatur. ἐγνώσθην *cognitus sum* regulariter fit à γνόω, γνώσω, ἔγνωκα, ἔγνωσμαι. Sic ἐδυνάσθην seu ἠδυνάσθην *potui*, *valui*, à δυνάζω: ἐδυνήθην verò, seu ἠδυνήθην, à δυνάω, δυνήσω.

*Modi permissivi seu concessivi praesens et imperfectum* τύπτοιμι, *vel* τύπτω, τύπτῃς, verberem *vel* verberarem. Ὄλοιτο, pereat: οὐδὲν ἀλεγίζω, οὐδὲν μέλει μοι, nihil laboro: τύπτοιτο, οὐ κωλύω, οὐδὲν πρὸς ἐμέ, vapulet, non prohibeo, nihil ad me. *In imperfecto vix fingi potest exemplum, ubi mera sit et pura concessio, et permissio sine admixta potentia; ut si dicas:* Ὄλοιτο ἄν, οὐκ ἀλγήσω, periret, non dolebo. *Habet tamen admixtum hoc tempus concessionem, ratione cujus ad hoc tempus hujus modi spectare potest, hoc scilicet sensu:* perire posset; esto, quid tum?

*Praeteritum perfectum et plusquam perfectum* τετύφοιμι, verberaverim *vel* verberavissem. *Possumus pro his temporibus uti optativo, et plusquam perfecto indicativi:* τύψαιμι, τυψαίμην ἄν, verberaverim: τύψειεν ἄν, verberaverit, quid tum? sit ita. ἐτετύφειν ἄν τὸν κακοῦργον, percussissem malefactorem. *Spectat huc illud Virgilii 4. Aeneidos:*

Verùm anceps pugnae fuerat fortuna; fuisset. εἴη ἄρα, ἐγεγόνει ἄρα.

*Futurum est* τύψοιμι, verberavero *vel* verberaverim. οὐκ ἀσφαλὲς ἐλθεῖν τὸν δοῦλον, ἵνα μὴ τύφθῃ ὑπ' ἐμοῦ, non tutum est venire servum, ne verberetur à me. ἐλθέτω, veniat; τύψοιμι ἄν αὐτὸν, verberavero illum; quid tum postea? *pro concessione valde frequens est imperativi usus, ut supra in imperativo monuimus.*

*Omittitur autem interdum* ἄν, *tam in modo potentiali, quam permissivo.* καὶ ἄχρι χειρῶν προυχώρησε τὸ πράγμα, processisset res usque ad manus. *Ubi* ἄν *subintelligitur. Neque tamen ubicumque reperitur particula* ἄν, *ibi vel concessionem, vel potentiam significat: alia enim multa officia habet et munia, ut in syntaxi explicabitur. Usus verò sum in his modis declarandis, exemplis iis, quibus tota vis horum modorum, quorum tantus est usus et decor in oratione, potissimùm declarari videbatur. Diligentium praeceptorum erit ea, quae*

*hic dicta sunt, et alia quae praetermissa, in explicatione auctorum juventuti sedulò demonstrare. Id quod facile erit, perlectis prius etiam illis, quae de his modis accuratè tradit Emmanuel.*

*Illud ad extremum sedulò observetur, graecos non esse tam religiosos in observandis verbi activi et passivi discriminibus, et diversis significationibus, atque latinos; saepe enim verbum passivum accipiunt activè:* διαλεχθήσομαι disseram, *pro* διαλέξω: διελέχθην, *et* διείλεγμαι *pro* διέλεξα *et* διαλέλεχα disserui. *Illa verò* καθεστῶτα, καταστάντες, μεταβαλὼν, *et* ἥλων, ἑάλων, ἁλοὺς, ἁλῶναι, *ab* ἁλίσκομαι, καὶ ἅλωμι capior, *et similia, cùm sint activa voce, tamen significatione passiva sunt.*

---

# CAPUT XVII.

# DE VERBALIBUS.

Nunc tandem explicatis omnibus verbis, eorumque temporibus, dicendum est de nominibus verbalibus; sic appellatis, quod à verbis formentur: à quibus autem, et quomodo; sic habeto.

A primâ personâ perfecti passivi fiunt finita in μα, μος, μων, ablato augmento, et μαι in μα, vel μος, vel μων converso. πράττω *facio*, πράξω, πέπραχα, πέπραγμαι; πρᾶγμα *res*: ἔψαλμαι à ψάλλω *cano*, ψαλμὸς *psalmus*: μέμνημαι *memini*, μνήμων *memor*: νενόημαι à νοέω *intelligo*, νοήμων *intelligens*.

ANNOTATIO.

*Solent tam in hac, quam in aliis personis nonnullae interdum litterae, quae μαι antecedunt, vel omnino abjici, vel in alias mutari. Non enim ab* ἔσπαρμαι satus sum, σπάρμα *deducitur, sed* σπέρμα semen: *neque à* τέθειμαι, θεῖμα, *sed* θέμα: *neque à secunda* τέθεισαι, θεῖσις, *sed* θέσις: *neque à tertia* τέθειται, θείτης, *sed* θέτης positor. *Sic ab eadem, diverso respectu ad praeteritum, fit* ἀνάθεμα devotus diris, *seu* κατάρατος, *et* ἀνάθημα donum in loco sacro suspensum: *Illud à praeterito* ἀνατέθειμαι, *ablato jota ex* ει; *hoc quasi ab* ἀνατέθημαι, *quod est regulare praeteritum, nisi boeoticum illud praevaluisset. Sic* σχῆμα figura, habitus, *fit ab* ἔσχημαι: σχέσις *verò ab* ἔσχεμαι, ἔσχεσαι.

A secunda persona praeteriti passivi formantur verbalia in ις: λέλεγμαι, λέλεξαι, λέξις *dictio*.

Et in ια, sed fere cùm particulis α, ευ, δυς: κέκρισαι, ἀκρισία· *judicandi imperitia*: τέταξαι, ἀταξία *confusio*: πέπραξαι, εὐπραξία *felicitas*, δυσπραξία *infelicitas*. Et sine his particulis: φλέγμανσις, φλεγμασία *inflammatio*, à φλεγμαίνω *inflammo*: ξήρανσις *arefactio*, ξηρασία, à ξηραίνω *arefacio*, *exsicco*: ὕγρανσις, et ὑγρασία *humectatio*, ab ὑγραίνω *humecto*.

A tertia persona verbalia in της, τος, κος, τωρ, τηρ, τηριον, τρον: πεποίημαι, ποίημα *poëma*; πεποίησαι, ποίησις *poësis*; πεποίηται, ποιητὴς *poëta*: ἔφθαρμαι à φθείρω, *corruptus sum*, ἔφθαρται, φθαρτὸς *corruptioni obnoxius*, hinc φθαρτικός; sic διαλεκτος, διαλεκτικός: κεχάρακται, à χαράττω *insculpo*, *signo*, χαρακτὴρ *nota*, *insigne*: κέκτηται, à κτάομαι *possideo*, κτήτωρ *possessor*: ἔκτισται *creatus est* à κτίζομαι, κτίστωρ *creator*: πέπωται à πόω, seu πίνω *poto*, ποτήριον *poculum*: δεδίδακται à διδάσκω *doceo*, δίδακτρον *merces docendi*.

Formantur etiam ab hac persona verbalia in τέον: τέτυπται, τυπτέον *verberandum est*: γέγραπται, γραπτέον *scribendum est*: quae si tribus generibus varientur, loco gerundivorum erunt: ὁ τυπτέος, γραπτέος, *verberandus*, *scribendus*; ἡ τυπτέα, γραπτέα, *verberanda*, *scribenda*; τὸ τυπτέον, γραπτέον, *verberandum*, *scribendum*.

Formantur praeterea à verbalibus primae

personae alia in κος; ut μνήμων *memor*, μνημονικὸς; ἀμάρτημα μνημονικὸν *lapsus memoriae*: πρᾶγμα *res*, *negotium*, πραγματικὸς *negotiosus*: γράμμα *littera*, γραμματικὸς; et similia.

A praeterito medio deducuntur verbalia masculina in ος: λέγω *dico*, λέλογα, λόγος *oratio*: τέμνω *seco*, τέτομα, τόμος *sectio*. Et in ευς: τίκτω, τέτοκα *genui*, *peperi*, τοκεὺς *genitor*, *parens*: sic γέγονα, γονεὺς *parens*. Item feminina in η: τρέπω *verto*, τέτροπα; unde fit non tantùm τρόπος, sed et τροπὴ *versio*, *conversio*. Sic τρέφω *nutrio*, τέτροφα, τροφὴ *esca*: φεύγω *fugio*, πέφευγα, φυγὴ *fuga*.

ANNOTATIO.

*Formant nonnulli à praesenti quoque verbalia*: βασιλεύω regno, βασιλεία regnum: δουλεύω servio, δουλεία servitus. *Verùm haec et similia aequè commodè formari possunt aliunde, ut cap.* IX. *dictum est.*

*Plurimum porrò ad copiam verborum conducit, praecepta haec formandi verbalia in promptu habere: vix enim ullum verbum invenies, quod saltem unum verbale ab aliquo tempore tibi non suppeditet.*

# CAPUT XVIII.

# DE VERBIS ANOMALIS ET DEFECTIVIS IN Ω.

*Quodnam sit inter haec duo verborum genera discrimen, notum est ex grammatica latina. Nam defectivum illud dicitur, quod aliquibus personis vel temporibus destituitur: Anomalum propriè illud est, quod, cùm fere conjugetur per omnia tempora, non tamen conjugatur aequaliter; cùm à variis verbis quasi subsidium petat, ut omnia sua tempora expleat; sicut* fero *apud latinos et graecos. Nos hic omnia hujus classis verba anomalorum nomine complectemur, sive propriè sint anomala, sive impersonalia, sive defectiva, sive utrumque simul.*

*Anomalorum igitur duo sunt genera; quaedam in ω, quaedam verò in μι: sub quibus etiam intelligi volo impersonalia, quibus non est una terminatio, sed varia. De anomalis in μι agemus capite sequenti: nunc de prioribus; in quorum nu-*

*mero ponimus omnia illa verba, quae praesens et imperfectum habent, reliqua verò tempora vel omnino non habent, vel aliunde mutuantur: quo fit ut numquam regulariter ultra imperfectum conjugentur.*

*Ex quibus primò occurrunt verba in* άνω *et* άνομαι: λαμβάνω accipio, λαγχάνω sortior, λανθάνω lateo, μανθάνω disco, κιχάνω invenio, αἰσθάνομαι sentio. *Quae omnia derivata sunt, et partim quidem fiunt à verbis inusitatis circumflexis in* έω *et* έομαι, *mutato* ε *in* α, *et interposito* ν: κιχέω, κιχάνω; αὐξέω, αὐξάνω augeo, cresco: ἁμαρτέω, ἁμαρτάνω pecco: βλαστέω, βλαστάνω germino: αἰσθέομαι, αἰσθάνομαι sentio: ἀπεχθέομαι, ἀπεχθάνομαι invisus sum. *Et haec verba accipiunt omnia sua tempora, praeter praesens et imperfectum, à suis primitivis:* βλαστάνω, βλαστήσω, ἐβλάστησα, ἔβλαστον: αὐξάνω, αὐξήσω, ηὔξησα: αἰσθάνομαι, αἰσθήσομαι, ᾔσθημαι, ᾔσθησαι, ᾔσθηται: ἁμαρτάνω, ἁμαρτήσω, ἡμάρτηκα, ἡμάρτημαι, *aoristus* 2 *activus* ἥμαρτον. *Partim verò fiunt verba in* άνω *à barytonis inusitatis, verso* ω *in* άνω, *et aliis mutationibus factis:* λήθω, λανθάνω lateo: λήβω, λαμβάνω accipio: λήχω, λαγχάνω sortior: μήθω, μανθάνω disco. *Quamvis hoc potiùs a circumflexo* μαθέω *sit formandum, cùm futurum ejus sit* μαθήσω, *praeteritum* μεμάθηκα. φθάνω *tamen fit à* φθάω praevenio: κλάνω frango, *à*

κλάω. *Et haec sua tempora accipiunt à suis primitivis*: λαμβάνω, ἐλάμβανον, λήψω, ἔληψα, ἔλαβον, λέληφα *vel* εἴληφα, λέλημμαι, ἐλήφθην, ληφθήσομαι, accipio: λαγχάνω sortior, ἐλάγχανον, λήξω, ἔληξα, *aoristus secundus verbi activi* ἔλαχον, *medii* ἐλαχόμην. *Alia in* ανω *fiunt ab usitatis in praesenti, ut* ἁνδάνω placeo, *ab* ἅδω. *Sic* τυγχάνω sum, consequor, *a* τεύχω: πυνθάνομαι interrogo *à poëtico* πεύθομαι: φυγγάνω, *à* φεύγω fugio.

*Secundò, non conjugantur ultra imperfectum verba in* εινω *hyperdissyllaba:* φαείνω luceo, appareo; ἐρεείνω interrogo; ἀλεείνω vito. *Quorum defectum resarcire possunt verba* φαίνω, ἐρωτάω *vel* ἔρομαι, ἀλεύω.

*Dissyllaba* (*quorum pauca admodum reperias*) *legitimè conjugantur*: θείνω percutio, κτείνω occido, στείνω arcto; τείνω tendo, extendo. *Excipit Antesignanus haec tria*: βείνω coëo, εἴνω tego, vestio, *et* σείνομαι laedo.

*Tertiò, verba in* είω *à futuro plerumque formata, latinisque desiderativis respondentia*: γαμησείω nupturio, γαμέω, γαμήσω, γαμησείω: πολεμέω, πολεμήσω bellabo; πολεμησείω bellaturio: βρόω *seu* βρώσκω, βρώσω, edo; βρωσείω esurio: ὕπτω *seu* ὄπτομαι video; ὄψω, ὀψείω videre desidero.

*Quaedam hujus generis formantur à praesenti*: κρατῶ, κρατείω teneo, vinco: τελῶ perficio, τελείω. *Magis tamen desidera-*

13

*rativa sunt, quae à futuro fiunt. Nam illa à praesenti fere habent eamdem significationem cum primitivis; immò passim verba circumflexa in έω efferunt poëtae per είω:* ἐρείω, *pro* ἐρέω dico, interrogo: ἐρείομεν *pro* ἐρέομεν interrogamus: ῥείω *pro* ῥέω fluo: νεικείω *pro* νεικέω jurgor. *Mutuantur autem haec et similia*, **sua tempora** *à primitivis, sicut apud latinos verba inchoativa*, calesco, frigesco, floresco, à caleo, frigeo, floreo: *licet appetentiam et desiderium significare non videantur, nisi in praesenti et imperfecto. Porro verba in* είω, *quae aliunde non formantùr, legitimè per omnes modos et tempora conjugantur:* κλείω, κλείσω, κέκλεικα, claudo: σείω, σείσω, σέσεικα, moveo, quatio.

*Quartò, desiderativa in* άω: μαθητιάω discere cupio: στρατηγιάω exercitum ductare cupio: θανατάω *seu* θανατιάω mori cupio: βασιλειάω regnaturio. *Et frequentativa in* άω: πνευστιάω crebrò anhelitum duco: ἰκτάω ventito: μητιάω consulto: φυσιάω anhelo, *à quo tamen aoristus* ἐφυσίασε. ***Adde his imitativa***: κελαινιάω nigrico: χιάω niveus sum. *Et poëtica.* ἐρχαταω cohibeo: ἰσχανάω detineo.

*Quintò, verba in* άθω, άζω, έθω, ύθω: ἀμυνάθω, *ab* ἀμύνω defendo, ulciscor: διωκάθω, *à* διώκω persequor: εἰργαθω, *ab* εἴργω arceo: κιάθω *à* κίω vado: τρεχω, τροχάζω curro:

κύπτω, κυπτάζω inclino me, cunctor: φλεγέθω uro, à φλέγω: σχέθω, à σχέω habeo: φθινύθω à φθινύω corrumpo: μινύθω à μινύω minuo.

*Sextò, verba in* υίω: ὀπυίω uxorem habeo: ἀγυίω per viam officiosè deduco, *seu* eo per plateas: ἀλυίω in angustiis versor. *Licet enim à priori grammatici, cum dant exempla sextae conjugationis barytonae, deducere soleant futurum et praeteritum; id tamen tantum eo fit, ut ostendant, quo pacto horum verborum tempora formanda forent, si usitata essent. Reperitur tamen apud Aristophan. in Acharn.* ὀπύσει, *rejectâ subjunctivâ diphthongi. His adde verba polysyllaba in* ύω: δεικνύω ostendo, πηγνύω compingo, ὀμνύω juro, ῥηγνύω rumpo, σβεννύω extinguo, ζευγνύω jungo; *et similia, ex quibus verba in* μι *formantur:* δείκνυμι, πήγνυμι, ὄμνυμι. *Sumunt autem sua tempora à barytonis fere inusitatis*: δείκω, δείξω, ἔδειξα: πήγω, πήξω, ἔπηξα, ἔπηξα, *aorist.* 2 ἔπαγον: ὄμοω, ὀμόσω, ὤμοσα: ῥήγω, ῥήξω, ἔῤῥηξα, *aorist.* 2 ἔῤῥαγον.

*Septimò, verba in* σκω, ζω, χθω. *Et illa quidem in* σκω *fere sunt derivativa à verbis in* έω, άω, όω, *à quibus etiam sua sumunt tempora.* ἀρέω, ἀρέσκω placeo: εὑρέω, εὑρίσκω invenio: στερέω, στερίσκω privo: τελέω, τελίσκω perficio: μολέω, μολίσκω ve-

*

nio. *In his enim postremis* ε *simplicis mutatur in jota.* γηράω, γηράσκω senesco: φάω, φάσκω, *et addita reduplicatione* πιφάσκω *vel* πιφαύσκω dico: ἡβάω, ἡβάσκω juvenesco, pubesco: βιόω vivo, βιώσκω: βρόω *vel* βρώω, βρώσκω edo, *et addita reduplicatione* βιβρώσκω. *sicut* τρώω, τρώσκω, τιτρώσκω vulnero: *et in secunda conjugatione* δράω, διδράσκω fugio: *et in futuro* διδράσω, *manet enim nonnumquam reduplicatio in futuro.*

*Aptiùs verò formantur illa verba in* σκω, *quae* ω *aut* η *in praesenti habent, à futuro, quàm à praesenti simplici: ut* βρώσκω *à* βρώσω: κικλήσκω voco *à futuro* καλέσω, καλήσω, κλήσω, κλήσκω, *et cum reduplicatione* κικλήσκω voco. *Sic à* μνάω, μνήσω, μιμνήσκω, μιμνήσκομαι, ἀναμιμνήσκομαι recordor, in memoriam revoco. *Sic* θνάω *seu* θνέω, θνήσω, θνήσκω morior: γνόω, γνώσω, γιγνώσκω cognosco. *Adde praedictis quae* υ *habent:* ἀλύσκω vito *ab* ἀλύω erro: τιτύσκω *vel* τιτύσκομαι dirigo, accuratè collimo; *quamvis* θνήσκω *et* ἀλύσκω *videantur regularia*, θνήξομαι, ἀλύξω. *Nonnulla in* σκω, *à praesenti barytono fiunt: ut* ῥίπτω, ῥιπτάσκω projicio.

*Facile autem erit discernere, unde verbum in* σκω *sua tempora petat. Nam si in praesenti habet* ε *aut* ι, *sumet à verbo quopiam in* έω (ἁλίσκω *tamen ab* ἁλόω,

ἀλάμι capio. ) *Si* α, *sumet à verbo in* άω: *nisi fiat à praesenti alicuius barytoni. Si* ω, *sumet à verbis in* όω. *Si* η, *sumet vel à verbis in* έω *vel* άω: *sic* ὀλέκω, perco *ab inusitato* ὀλέω, ὀλέσω. *Si habeat* υ, *à verbo in* ύω, *vel simili: ut* ῥύσκομαι *à* ῥύω libero: μεθύω, μεθύσκω, μεθύσκομαι inebrior.

*At verba in* ξω *et* ψω; αὔξω cresco, ἀλέξω arceo, juvo, ἕψω concoquo; *à circumflexis*, αὐξέω, ἀλεξέω, ἑψέω, *facta sunt; ac proinde ab illis quoque tempora sumunt*, αὐξήσω, ἀλεξήσω, ἑψήσω, *quod in aliis plurimis accidit:* βούλομαι volo, βουλήσομαι: οἴομαι puto, οἰήσομαι; οἴχομαι, abeo, οἰχήσομαι: μάχομαι, pugno, μαχήσομαι *vel* μαχέσομαι: ἄχθομαι gravor, ἀχθήσομαι, *et* ἀχθέσομαι. *His annumerabis verba in* ίζω, *à circumflexis ducta, eâdem significatione servatâ:* προκαλέω, προκαλῶ voco, provoco, προκαλίζω: νεμεσάω indignor, νεμεσίζω: πολεμέω bello, πολεμίζω: στοναχέω gemo, στοναχίζω, *et similia. Spectant huc etiam verba quae ab aliorum futuris fiunt:* ἄξω duco: ὄρσω concito, δύσω ingredior: *fiunt enim praesentia ex futuris verborum*, ἄγω ὄρω, δύω.

*Octavò, verba in* λδω, νδω, μβω, ρβω *et* εβω: μέλδω, ἔμελδον, elixo: σπένδω, ἔσπενδον, libo: κυλίνδω, κυλινδήσω, *à* κυλινδῶ; *vel* κυλίσω, *à* κυλίω: ῥέμβω circumago: φέρβω pasco: σέβω colo.

*Nonò, verba quorum reduplicatio desinit in liquidam*: φαίνω luceo: παμφαίνω, pelluceo, totus luceo: μαίρω, μαρμαίρω rutilo, splendeo: καρκαίρω vibro: μερίσω divido: μερμηρίζω solicitè cogito: *legitur tamen*, μερμήριξε: μορμύρω murmuro: βαίνω, βαμβαίνω, inarticulatè loquor, balbutio.

*Decimò, ultra imperfectum non conjugantur verba quae ante ω, mutam cum liquidâ habent*: δάκνω mordeo: ὀφλω debeo, *et quae per pleonasmum sunt facta, cujuscumque litterae additione*: τίκτω pario à τέκω: μίμνω *seu* μέμνω maneo, à μένω: ἵκω venio, ἱκνοῦμαι: ἕπομαι, ἕσπομαι sequor: ἐνέπω dico, ἐνίσπω, ἔπω dico, ἴσπω *hinc* ἔσπετε dicite: ἔχω, habeo, ἴσχω: *et similia quorum nonnulla* ε *simplicis retinent; nonnulla mutant in jota; ut in exemplis patet. Sic* αἴρω tollo, ἀρῶ tollam: *hinc* ἄρνω, ἄρνυμι. *Defectiva itidem sunt, quae bis, ter, quaterve derivantur*: ἐρύω, ἐρύσω traho. *Inde fiunt defectiva*, ἐρύκω, ἐρυκάκω, ἐρυκακέω.

*Undecimo, quaedam in* αἴνω: *ut* βαίνω vado; *futurum* βήσω, *à* βάω. *Sic* ἐριδαίνω contendo, Ἰιταίνω, tendo, λυσσαίνω rabie aestuo, ὀλισθαίνω labor, ὀσφραίνομαι odoror, *à* λυσσάω. ὀλισθέω, ὀσφράομαι.

*Duodecimo, verba quae fiunt à praeteritis*: φρίττω; horreo, cohorreo, πέφρικα: *hinc* πεφρίσκω, horresco: πείθω. persuadeo

*praeteritum medium* πέποιθα: *hinc praesens* πεποιθέω, confido, *et* πεποίθω: γρηγορέω *vigilo*, ἐγρήγορα, *hinc praesens* ἐγρηγορῶ. *Id tamen non est perpetuum: Nam à* κράζω clamo, *fit praeteritum medium* κέκραγα, *hinc verbum* κεκράγω clamo, *aorist.* 1 ἐκέκραξα. *Sic à praeterito* ἕστακα *fit praesens* ἑστήκω sto, *cujus plusquam perfectum medium est* εἱστήκειν steteram.

*Sunt et alia anomala, quae, cùm primo adspectu non videantur esse anomala, plus tamen anomaliae, quàm ulla alia habent. Cuiusmodi est* φέρω, *verbi gratiâ, quod ab* οἴω, ἐνέγκω, *et* ἐνέχω, *tempora mutuatur; ita ut haec tria verba unum integrum verbum constituant.* φέρω, ἔφερον, *futurum* οἴσω, *aorist.* 1 ἤνεγκα, *aorist.* 2 ἤνεγκον, *praet. med.* ἤνεχα, *et attica repetitione* ἐνήνοχα: *aorist.* 1 *passivi* ἠνέχθην, *futurum* ἐνεχθήσομαι.

*Quaedam licet regulariter conjugentur in nonnullis temporibus ultra imperfectum in aliis tamen aliquid peculiare habent.* γαμέω, γαμήσω, ἔγημα, *pro* ἐγάμησα.

# CAPUT XIX.

## DE VERBIS ANOMALIS IN MI.

Multa fiunt anomala, ab ἔω, quod vario spiritu varia significat. Interdum spiritu tenui idem est quod ὑπάρχω: qua notione fit ab illo verbum substantivum εἰμὶ *sum*, absque reduplicatione ε non mutatur in η, sed adsciscit sibi jota, ut differat εἰμὶ, *sum*, ab ἡμὶ *dico*. Acuitur ultima, ut differat εἰμὶ *sum*, ab ἡμὶ *dico*. Acuitur ultima, ut differat ab εἶμι, quod est *vado*: nam juxta communem regulam dicendum esset εἶμι, ut γνῶμι *cognosco*, κλῦμι *audio*. Conjugatur autem hoc modo.

INDICATIVI *Praesens.*

S. [ εἰμὶ, *sum*: εἶ, *es*: ἐστὶ, *est*.
D. [ ἐστὸν *estis vos duo*: ἐστὸν, *sunt illi duo*
P. [ ἐσμὲν *sumus*: ἐστὲ *estis*: εἰσὶ *sunt*.

## DIALECTI PRAESENTIS.

*Doricè* ἐμμὶ *et aeolicè* ἦμι. *Secunda persona fit ab* ἔομαι, ἔει *et* ἔῃ, *et per crasin* εἶ, *poëticè* ἐσσί.

*Prima pluralis poëtice* ἐμὲν *et* εἰμὲν, *doricè* εἰμές. *Secunda poëticè* ἐτέ. *Tertia doricè* ἐντί, *aeolicè* εὖτι, *jonicè* ἔασι, *poëticè* ἔασσι.

*Imperfectum.*

S. ⎡ ἦν, ἦς, ἦ vel ἦν, *eram.*
D. ⎢ ἦτον, ἤτην.
P. ⎣ ἦμεν, ἦτε, ἦσαν.

## DIALECTI IMPERFECTI.

*Prima persona jonicè* ἔα, *poëtice* ἦα; (*unde etiam tertia* ἦε, erat) *Atticè verò* ἦ, *crasi facta ex* ἔα. *Poëticè quoque* ἔσκον, ἔσκες, ἔσκε eram, eras, erat: *ut* τύπτεσκον, τύπτεσκες, τύπτεσκε, verberabam. *Item* εἶν *et* ἔον, ἔες, *per crasin* εἶς, *et jonicâ dialysi* ἔεις. *Praeterea* ἔην *et* ἤην. *Tertia persona doricè* ἦς. *Secundae additur syllaba*, ἦσθα, *poëticè* ἔησθα; *nam personis in* σ *addunt aeoles* θα: ἔφησθα dixisti, εἴπῃσθα dixeris, πίῃσθα biberis. *Duali per pleonasmum fit* ἦστον, ἤστην: *item* ἔτον *et* ἔστον. *Prima pluralis doricè* ἦμες. *Tertia per systolen* ἔσαν *et* ἔσσαν,

*et aliquando per syncopen* ἦν, *ut docet interpres Hesiodi.*

*Plusquam perfectum.*

S. [ ἥμην, ἧσο, ἧτο, *fueram.*
D. [ ἥμεθον, ἧσθον, ἥσθην.
P. [ ἥμεθα, ἧσθε, ἧντο.

*Futurum.*

S. [ ἔσομαι, ἔσῃ, ἔσεται *et* ἔσται, *ero.*
D. [ ἐσόμεθον, ἔσεσθον, ἔσεσθον.
P. [ ἐσόμεθα, ἔσεσθε, ἔσονται.

## DIALECTI FUTURI.

*Poëticè* ἔσσομαι, ἔσσῃ, ἔσσεται. *Doricè* ἐσοῦμαι *et* ἐσεῦμαι, ἐσῇ, ἐσεῖται *et poëticè* ἐσσεῖται. *Secunda persona jonicè* ἔσσεαι, *à tertia* ἔσσεται, *sublato* τ.

IMPERATIVI *Praesens et imperfectum.*

S. [ ἔσο vel ἴσθι, *es* vel *esto*: ἔστω, *sit* vel *esto.*
D. [ ἔστον, *este* vel *estote vos duo*: ἔστων, *sint illi duo.*
P. [ ἔστε, *este* vel *estote* : ἔστωσαν, *sint.*

## DIALECTI IMPERATIVI.

*Poëticè* ἔσσο *pro* ἔσο, *et* ἦτω *pro* ἔστω, *à barytono* ἔω, sum. *In imperativo* ἔε, *et crasi* εἶ: *hinc* πάρει, ades. *In tertia persona* ἐέτω, *et crasi duorum* εε *in* η, ἦτω.

OPTATIVI *Praesens et imperfectum.*

S. [ εἴθε εἴην, εἴης, εἴη, *utinam essem.*
D. [ εἴητον, εἰήτην.
P. [ εἴημεν, εἴητε, εἴησαν.

DIALECTI HUJUS TEMPORIS.

*Poëticè* ἔοιμι, ἔοις, ἔοι, *à barytono* ἔω. *Tertia pluralis* εἶεν *per syncopen*, *à prima plurali* εἴημεν: *de qua syncope diximus in verbis barytonis pag.* 186.

*Futurum.*

S. [ ἐσοίμην, ἔσοιο, ἔσοιτο, *utinam sim.*
D. [ ἐσοίμεθον, ἔσοισθον, ἐσοίσθην.
P. [ ἐσοίμεθα, ἔσοισθε, ἔσοιντο.

*Poëticè* ἐσσοίμην, ἔσσοιο, ἔσσοιτο.

CONJUNCTIVI

*Praesens et imperfectum.*

S. [ ἐὰν ὦ, ἧς, ᾖ, *si sim.*
D. [ ἧτον, ἧτον.
P. [ ὦμεν, ἧτε, ὦσι.

DIALECTI HUJUS TEMPORIS.

*Ionicè* ἔω, ἔῃς, ἔῃ, *poëticè* εἴω, εἴῃς, εἴῃ. *Plurali* εἴωμεν, *et per systolen* poë-

*tis usitatam*, εἴομεν. *Tertia persona singularis* ᾖ. *Dicunt etiam jones* ᾖσι *vel* ἔησι. *Aeolicé secunda persona* ἦσθα. *Aliqui tribuunt conjunctivo aoristum primum medium*, ἐὰν ἔσωμαι, ἔσῃ, ἔσηται.

## INFINITIVI

*Praesens et imperfectum*, εἶναι, *esse*.
*Futurum*, ἔσεσθαι, *fore* vel *futurum esse*.

## DIALECTI.

*Doricè pro* εἶναι; ἦμεν *et* ἦμες. *Et more aliorum verborum*, ἔμεν, ἔμεναι, ἔμμεναι, εἴμεναι.

## PARTICIPII

*Praesens et imperfectum.*

M. [ ὁ ὤν, τοῦ ὄντος, *qui est.*
F. [ ἡ οὖσα, τῆς οὔσης.
N. [ τὸ ὄν, τοῦ ὄντος.

## DIALECTI.

*Ionicè* ἐών, ἐόντος: ἐοῦσα, ἐούσης: ἐόν, ἐόντος. *Doricè* ἔασσα *pro* ἐοῦσα, *et* εὖσα *pro* οὖσα, *et* εὔντα *pro* ὄντα. *Aeolicè* εἴς, ἔντος: εἶσα, εἴσης: ἔν, ἔντος. *Hinc* παρεὶς, παρέντος,

praesens, τῶν παρέντων *pro* παρόντων, praesentium.

*Futurum.*

M. [ ὁ ἐσόμενος, *qui erit.*
F. [ ἡ ἐσομένη.
N. [ τὸ ἐσόμενον. Poëticè ἐσσόμενος, etc.

Inflectuntur autem eodem modo, eademque dialectorum varietate, composita ab εἰμί: ἔνειμι *insum*, πάρειμι *adsum*; et similia.

Εἶμι à verbo ἔω, id est, πορεύομαι, *vado.*

INDICATIVI *Praesens.*

S. [ εἶμι, εἶς vel εἶ, εἶσι, *eo* vel *vado.*
D. [ ἴτον, ἴτον.
P. [ ἴμεν, ἴτε, εἶσι.

DIALECTI.

*Fit* εἶμι *ab* ἔω, εἴω, *et subtracto* ε, ἴω, ἴμι, *et* ἵημι, *si* η *interponas, à quo tertia singularis* ἵησι it, vadit. *Tertia pluralis jonicè* ἴασι; *hinc* προσίασι adeunt, εἰσίασι ineunt, ἐξίασι exeunt, *à* πρόσειμι, εἴσειμι, ἔξειμι. *Aliqui tertiam pluralem ajunt esse* ἶσι.

*Imperfectum.*

S. [ εἶν, εἶς, εἶ, *ibam.*
D. [ ἴτον, ἴτην.
P. [ ἴμεν, ἶτε, ἴσαν.

*Perfectum*, inusitatum εἶκα.

*Plusquam perfectum*, εἴκειν, *iveram*: Atticè ᾔκειν.

*Aoristus primus.*

εἶσα, εἶσας, εἶσε, inusitatus. Inde fit tertia pluralis usitata, εἶσαν: Atticè ᾖσαν, et ᾔϊσαν; et tertia dualis, εἰσάτην, et praeposito attico ε, ἐεισάτην, et in aoristo medio ἐεισάσθην.

*Aoristus secundus.*

S. [ ἴον, ἴες, ἴε, *ivi*.
D. [ ἴετον, ἰέτην.
P. [ ἴομεν, ἴετε, ἴον.

Formatur ab εἴω, abjecto ε, ut fit in λείπω *relinquo*, ἔλιπον.

*Aoristus* ἦν, *ivi*, *potiùs est ab* ἵημι; *unde* ἄπην, *abii*. *Dicitur etiam* εἶον, εἶες, εἶε, *ab* εἴω, *et atticè* ᾖον, ᾖες, ᾖε.

*Futurum*, εἴσω, εἴσεις, inusitatum est, et pro eo utimur ipso praesenti.

*Invenitur tamen* ἥσω ab ἕω: *et medium* εἴσομαι, *ab illo inusitato* εἴσω.

## IMPERATIVI

*Praesens et imperfectum.*

S. [ ἴθι, ἴτω: *i, ito*.
D. [ ἴτον, ἴτων.
P. [ ἴτε, ἴτωσαν.

Dicitur etiam εἶ pro ἴϑι, ab ἕω. Imperat. ἔε, crasi εἶ. Hinc ἔξει *exi*, δίει *transi*, ἐέτω, εἴτω, *ito*.

*Aoristus secundus.*

S. [ ἴε, *vade*, ( ἔξιε, *exi* ) ἰέτω.
D. [ ἴετον, ἰέτων.
P. [ ἴετε, ἰέτωσαν.

Fit ab aoristo secundo indicativi: ἴον, ἴε.

OPTATIVI *Praesens et imperfectum* esset. εἴην, εἴης, εἴη, sed non est in usu.

*Aoristus secundus.*

S. [ εἴϑε ἴοιμι, ἴοις, ἴοι: *utinam iverim.*
D. [ ἴοιτον, ἰοίτην.
P. [ ἴοιμεν, ἴοιτε, ἴοιεν.

SUBJUNCTIVI *Praesens et imperfectum* non usitatum.

*Aoristus secundus.*

S. [ ἐὰν ἴω, ἴῃς, ἴῃ: *si iverim.*
D. [ ἴητον, ἴητον.
P. [ ἴωμεν, ἴητε, ἴωσι.

INFINITIVI *Praesens et imperfectum.*

ἴναι, et εἶναι, ( doricè ἴμεναι, jonicè ἴμεν ) *ire*, et ἰέναι ab ἵημι: hinc ἀπεῖναι *abscedere*, παρεῖναι *accedere*.

PARTICIPII *Aoristus secundus.*

M. [ *ἰὼν, ἰόντος, iens.*
F. [ *ἰοῦσα, ἰούσης.*
N. [ *ἰὸν, ἰοντος.*

*Alii volunt esse praesentis temporis, sed videtur esse aoristi, ab aoristo indicativi ἶον. Conjugantur autem eodem modo verba ab εἶμι composita.*

## INFLEXIO MEDIA verbi εἶμι, *vado.*

Adfertur tantùm praeteritum medium, et plusquam perfectum.

Illud est εἶα, *ivi*, et atticè ᾖα, et factâ diaeresi ἤϊα, ἤϊας, ἤϊε. Pluralis ᾔχμεν, et per syncopen, ᾖμεν, *ivimus.*

*Plusquam perfectum.*

S. [ ᾔειν, (jonicè ᾔεα) ᾔεις, ᾔει, *iveram.*
D. [ ᾔειτον, ᾐείτην.
P. [ ᾔειμεν, ᾔειτε, ᾔεισαν et ᾔεσαν.

Sic ἀνῄεσαν, ἐξῄεσαν, *redierant, exierant.*

Ἵημι, *vado.*

Formatur regulariter ab ἕω, praepositâ reduplicatione impropriâ. Ejus tertia persona singularis est ἵησι, *vadit.*

*Aoristus secundus*, ἧν, hinc παρῆν *adveni* vel *adveniebam*.

*Infinitivus*, ἱέναι, sicut τιθέναι.

*Praesens medium*, ἵεμαι, ἵεσαι, ἵεται.

*Imperfectum*, ἱέμην, ἵεσο, ἵετο, *ibam*.

*Imperativus*, ἵεσο, ἱέσθω, plur. ἵεσθε, *ite*.

*Participium*, ἱέμενος.

Ἵημι, ab ἕω, *mitto*.

INDICATIVI ACTIVI *Praesens*.

S. [ ἵημι, ἵης, ἵησι, *mitto*.
D. [ ἵετον, ἵετον.
P. [ ἵεμεν, ἵετε, ἱεῖσι, jonicè, ἱέασι.

*Imperfectum*.

S. [ ἵην, ἵης, ἵη, *mittebam*.
D. [ ἵετον, ἱέτην.
P. [ ἵεμεν, ἵετε, ἵεσαν. Vel
S. [ ἵεον, *mittebam*, ἵουν: ἵεες, ἵεις: ἵεε, ἵει: à circumflexo ἱέω, ut ἐτίθουν à τιθέω. Sic in praesenti tertia pluralis ἱέουσι, ἱοῦσι, pro ἱεῖσι.

*Perfectum*.

S. [ εἶκα, εἶκας, εἶκε (ut τέθεικα) *misi*.
Habet boeoticum illud ει, ad differentiam aoristi primi ἧκα, *misi*. Sic compositum ἀφ. εἶκα, *dimisi*, atticè ἀφέωκα, tollendo subjunctivam praeteriti, et ω interposito.

*Plusquam perfectum*, εἵκειν, *miseram*, εἵκεις, etc.

*Aoristus primus*, ἧκα, ἧκας, ἧκε. De quo diximus in barytonis pag. 151.

*Aoristus secundus.*

S. [ ἧν, ἧς, ἧ, *misi.*
D. [ ἕτον, ἕτην.
P. [ ἕμεν, ἕτε, ἕσαν.

*Futurum*, ἥσω, *mittam*: sicut θήσω.

IMPERATIVI

*Praesens et imperfectum.*

S. [ ἵεθι, ἱέτω, *mitte.*
D. [ ἵετον, ἱέτων.
P. [ ἵετε, ἱέτωσαν.

***Perfectum et plusquam perfectum.***

εἶκε, εἰκέτω, inusitatum: ut et aorist. 1 ἧκον, ἡκάτω, in omnibus modis.

*Aoristus secundus.*

S. [ ἕς, ἕτω, *mitte*, vel *miseris.*
D. [ ἕτον, ἕτων.
P. [ ἕτε, ἕτωσαν.

Sic composita ἄφες, ἀφέτω, *dimitte*: κάθες, καθέτω, *demitte*; ἄνες, ἀνέτω, *remitte.*

OPTATIVI

*Praesens et imperfectum.*

S. [ εἴθε ἱείην, ἱείης, ἱείη ( ut τιθείην ) *utinam mitterem.*

*Aoristus secundus.*

S. [ εἴθε εἴην, εἴης, εἴη, *utinam miserim.*
D. [ εἴητον, εἰήτην.
P. [ εἴημεν, εἴητε, εἴησαν.

CONJUNCTIVI

*Praesens et imperfectum.*

ἐὰν ἱῶ, ἱῇς, ἱῇ (ut τιθῶ) *si dem* vel *darem.*

*Aoristus secundus.*

S. [ ἐὰν ὧ, ἧς, ἧ, *si misero.*
D. [ ἧτον, ἧτον.
P. [ ὧμεν, ἧτε, ὧσι.

Ionica dialysis est ἐὰν ἕω, ἕῃς, ἕῃ, ex qua poëticè εἴω, εἴῃς, εἴῃ; unde ἀφείω *dimisero.*

INFINITIVI

*Praesens et imperfectum,* ἱέναι, *mittere.*
*Aoristus secundus,* εἶναι, *idem.*

PARTICIPII

*Praesens et imperfectum.*

M. [ ὁ ἱεὶς, ἱέντος, *mittens.*
F. [ ἡ ἱεῖσα, ἱείσης.
N. [ τὸ ἱὲν, ἱέντος.

*Aoristus secundus.*

M. [ ὁ εἷς, ἕντος, *qui misit:*
F. [ ἡ εἷσα, εἵσης.
N. [ τὸ ἕν, ἕντος.

## VERBUM PASSIVUM.

INDICATIVI *Praesens.*

S. [ ἵεμαι, ἵεσαι, ἵεται, (ut τίθεμαι) *mittor.*

*Imperfectum.*

S. [ ἱέμην, ἱέσο, ἱέτο, (ut ἐτιθέμην) *mittebar.*

*Perfectum.*

S. [ εἷμαι, εἷσαι, εἷται, (ut τέθειμαι) *missus sum* etc. Tertia plurali εἷνται; unde ἀφεῖνται, et atticè ἀφέωνται, *dimissi sunt.*

*Plusquam perfectum.*

S. [ εἵμην, εἷσο, εἷτο, *missus fueram etc.*

*Aoristus primus.*

S. [ ἕθην, ἕθης, ἕθη, et εἵθην quoque: unde ἀφείθην, et ἀφέθην, Eodemque modo reliqua tempora formabis juxta normam verbi passivi τίθεμαι.

## VERBUM MEDIUM.

***Praesens et imperfectum***, ut in passivo.

*Perfectum et plusquam perfectum*, vacat.
*Aoristus primus*, ἡκάμην, ἧκω, ἧκατο *misi*.
Extra indicativum non est usitatus aoristus primus.

*Aoristus secundus.*

S. [ ἔμην, ἔσο, ἔτο.
D. [ ἔμεθον, ἔσθον, ἔσθην.
P. [ ἔμεθα, ἔσθε, ἔντο.

*Futurum primum*, ἥσομαι, *mittam*.

In *aoristo secundo imperativi*, ἔσο, ἔο, et οὗ. Hinc κάθου *dimitte*, πρόσου *admitte*, πρόου *praemitte*, pro κάθεσο, πρόσεσο: quae contractio etiam usitata est in secunda persona imperfecti.

*Aoristus secundus.*

*Optativi*, εἵμην, εἶο, εἶτο.
*Subjunctivi*, ἐὰν ὧμαι.
*Infinitivi*, ἕσθαι.
*Participii*, ἕμενος.

Est autem eadem omnino ratio compositorum ab hoc verbo: καθίημι *demitto*, ἀφίημι *dimitto*: μεθίημι *praetermitto*, ἀνίημι *remitto*, ἐννίημι *immitto*, διίημι *transmitto*, προΐημι *praemitto*, συνίημι *intelligo*. Conjugantur enim sicut ipsum simplex.

Ἵημι, id est, ἐπιθυμέω *cupio, desidero*.

FORMATUR regulariter ab ἕω sicut ἵημι *mitto*, à quo solâ significatione discerni-

tur. In activo non est usitatum. In passivo autem usitatum tantummodo est in praesenti et imperfecto, conjugaturque sicut τίθεμαι.

*Praesens*, ἵεμαι, ἵεσαι, ἵεται, *desidero.*
*Imperfectum*, ἱέμην, ἵεσο, ἵετο.
Sic compositum, φίεμαι, ἐφίεσθαι.
*Participium*, ἐφιέμενος, *desiderans.*

Ἧμαι *sedeo.*

Formatur ab ἕω, ἕημι, reduplicatione jonica per ε: passivum ἕεμαι, et per crasin, ἧμαι.

*Praesens.*

S. [ ἧμαι, ἧσαι, ἧται, *sedeo.*
D. [ ἥμεθον, ἧσθον, ἧσθον.
P. [ ἥμεθα, ἧσθε, ἧνται, jonicè ἕαται, et poëticè εἵαται.

*Imperfectum.*

S. [ ἥμην, ἧσο, ἧτο, *sedebam.* ( Poëtae pro ἧτο usurpant ἧστο, compositum καθῆστο.)
D. [ ἥμεθον, ἧσθον, ἥσθην.
P. [ ἥμεθα, ἧσθε, ἧντο, jonicè ἕατο, poëticè εἵατο vel ἥατο; unde καθήατο *sedebant.*

*Imperativus.*

S [ ἧσο, ἥσθω, *sede.*
D. [ ἧσθον, ἥσθων.
P. [ ἧσθε, ἥσθωσαν.

*Infinitivus*, ἧσθαι, *sedere.*

*Participium*, ἥμενος, *sedens.*

Eodem modo conjugatur compositum ejus κάθημαι, κάθη pro κάθησαι, ( quamvis et hoc reperiatur ) κάθηται. *Imperfectum*, ἐκαθήμην, ἐκάθησο, ἐκάθητο, et καθῆτο, *sedebat.*

In *imperativo*, κάθησο, καθήσθω *sede.* Ex κάθησο fit jonicè κάθηο, et systole κάθεο, crasi κάθου.

*In infinitivo*, καθῆσθαι, *sedere.*

*In participio*, καθήμενος, *sedens.*

## Κεῖμαι. *jaceo.*

Formatur à κέω et κεέω, κέημι, reduplicatione in medio positâ; passivum κέεμαι, et crasi factâ, κεῖμαι, κεῖσαι, κεῖται.

*Imperfectum.*

S. [ ἐκείμην, ἔκεισο, ἔκειτο, *jacebam.*
D. [ ἐκείμεθον, ἔκεισθον, ἐκείσθην.
P. [ ἐκείμεθα, ἔκεισθε, ἔκειντο.

*Futurum*, κείσομαι.

Composita hujus sunt, ἀνάκειμαι *recumbo*, ἐπίκειμαι *incumbo*, διάκειμαι *affectus sum.*

## Ἵσημι, *cognosco.*

Formatur ab ἰσάω sine reduplicatione.

## VERBUM ACTIVUM.

INDICATIVI *Praesens.*

S. [ ἴσημι, ἴσης, ἴσησι.
D. [ ἴσατον, ἴσατον.
P. [ ἴσαμεν vel ἴσμεν, ἴσατε vel ἴστε, ἴσασι, non ἰσᾶσι.

*Imperfectum.*

S. [ ἴσην, ἴσης, ἴση, *cognoscebam.*
D. [ ἴσατον, ἰσάτην.
P. [ ἴσαμεν, ἴσατε, ἴσασαν, et per syncopen ἴσαν.

IMPERATIVI *Praesens et imperfectum.*

| | | |
|---|---|---|
| S. [ ἴσαθι, ἰσάτω. | Per | ἴσθι, ἴστω. |
| D. [ ἴσατον, ἰσάτων. | synco- | ἴστον, ἴστων. |
| P. [ ἴσατε, ἰσάτωσαν. | pen. | ἴστε, ἴστωσαν, ἴστων. |

*Participium*, ἴσας, ἴσαντος, ἴσασα, ἴσαν.

## VERBUM PASSIVUM.

INDICATIVI *Praesens.*

S. [ ἴσαμαι, ἴσασαι, ἴσαται, etc. interposito τ, ἴσταμαι: cum ἐπὶ, ἐπίσταμαι *scio*, ἐπίστῃ vel ἐπίστασαι, ἐπίσταται.

*Imperfectum.*

S. [ ἐπιστάμην *sciebam*, ἐπίστασο, ( jonice ἐπίσταο, per crasin ἐπίστω ) ἐπίστατο.

D. [ ἐπιστάμεθον, ἐπίστασθον, ἐπιστάσθην.
P. [ ἐπιστάμεθα, ἐπίστασθε, ἐπίσταντο.
*Futurum*, ἐπιστήσομαι.

Φημὶ, *dico*.

Fit à φάω sine reduplicatione.

INDICATIVI *Praesens*.

S. [ φημὶ, φὴς, φησὶ, *dico*.
D. [ φατὸν, φατόν.
P. [ φαμὲν, φατὲ, φασί.

*Imperfectum*.

S. [ ἔφην, ἔφης, ἔφη, *dicebam*.
D. [ ἔφατον, ἐφάτην.
P. [ ἔφαμεν, ἔφατε, ἔφασαν.
Imperfectum sine augmento, φῆν, φῆς, φῆ, et per aphaeresin ἦν, ἦς, ἦ. Sic in praesenti ἠμὶ, ἦς, ἠσί, pro φημὶ, φῆς, φησί.

*Aoristus primus*.

S. [ ἔφησα, ἔφησας, ἔφησε, *dixi*.

*Aoristus secundus*.

S. [ ἔφην, ἔφης, ἔφη, idem.
D. [ ἔφητον, ἐφήτην.
P. [ ἔφημεν, ἔφητε, ἔφησαν.
*Futurum*, φήσω, *dicam*.

## OPTATIVUS.

S. [ φαίην, φαίης, φαίη: sicut σταίην, σταίης.

## CONJUNCTIVUS.

S. [ ἐὰν φῶ, φῇς, φῇ.

Infinitivus φάναι, per α acutum: nam φᾶναι, per α circumflexum, est aoristus primus à φαίνω, *appareo.*

## PARTICIPIUM

φάμενος, φαμένη, φάμενον, *dicens.*

*Aoristus secundus medius.*

S. [ ἐφάμην, ἔφασο, ἔφατο, *dixi.*

## IMPERSONALIA.

Ut apud latinos, sic et apud graecos, varia sunt impersonalium genera. Ex quibus nonnulla hîc retulisse suffecerit.

Ἀνήκει et προσήκει *convenit*, ἀνῆκε et προσῆκε *conveniebat.*

Ἀρέσκει *placet*, ἤρεσκε *placebat*, ἤρεσε *placuit*, ἀρέσει *placebit.*

Δεῖ *oportet*, ἔδει *oportebat*, ἐδέησε *oportuit*, δεήσει vel δήσει *oportebit.* Optativus, δέοι *oporteat*: Aoristus aeolicus, δεήσειε *opor-*

*tuerit.* Subjunctivus δέῃ *oporteat.* Infinitivus δεῖν *oportere:* Aoristus δεῆσαι *oportuisse:* Futurum, δεήσειν *necesse futurum.* Participium δέον *quod oportet.*

Δοκεῖ *videtur*, ἐδόκει *videbatur*, ἔδοξε *visum est*, δόξει *videbitur.*

Μέλει *curae est*, ἔμελε *curae erat*, ἐμέλησε *curae fuit*, μελήσει *curae erit.*

Χρὴ *oportet*, ἐχρῆν *oportebat*, χρήσει *oportebit:* χρῆναι *oportere.* Compositum ἀποχρῆ *sufficit*, ἀπέχρη *sufficiebat*, ἀπέχρησε *suffecit*, ἀποχρήσει *sufficiet:* Infinitivus ἀποχρῆν *sufficere.*

---

## CAPUT XX.

# DE ADVERBIO

ADVERBIORUM tot sunt species et significationes, quot apud latinos; immò plures, cum graeci interjectiones adverbiis annumerent ( φεῦ *heu*, ἰὼ *jo*, εὖγε *euge* etc. ) quod latini non faciunt. Facilè autem ex significatione colliget quis, quònam, quod occurrit adverbium, sit referendum; utrum videlicet ad temporis adverbia; ut νῦν *nunc*, τότε *tunc*; χθὲς *heri*, σήμερον *hodie*: αὔριον *cras*, μεταύριον *perendie.* An qualitatis: εὖ

*bene*, καλῶς *pulchrè*, ὀρθῶς *rectè*, σοφῶς *sapienter*, δικαίως *justè*, ἀληθῶς *verè*. Au quantitatis: δὶς *bis*, τρὶς *ter*, τετράκις *quater*, πεντάκις *quinquies*, πολλάκις *saepe*. An loci; ἐνταῦθα *hic*, δεῦρο *huc*, ἐκεῖθεν *illinc*: et sic de caeteris. Itaque operae pretium non est, longos adverbiorum catalogos juventuti ediscendos proponere.

Terminatio adverbiorum est varia etiam eorum, quae ad eamdem pertinent speciem, ut loci, verbi gratâ; quae pro terminationis varietate significationem mutant. Nam localia in σι, θι, χοῦ, et χῆ significant *in loco*: Ἀθήνησι *Athenis*, οὐρανόθι *in caelo*, πάντοθι, πανταχοῦ, πανταχῆ *ubique*, *ubivis*. Localia in θε seu θεν, significant *de loco*: οὐρανόθεν, οὐρανόθε *è caelo*. Localia in δε, σε, ζε, *ad locum*: οὐρανόνδε οὐρανόσε *in caelum*: Ἀθήναζε *Athenas*.

Ponuntur nomina adjectiva neutra tam singularia, quam pluralia, loco adverbiorum: ὀξὺ pro ὀξέως, *acutè*: ἄλλα pro ἄλλως, *aliter*: τὸ πρῶτον, τὰ πρῶτα *primum*: τὸ πλεῖστον *plurimum*, sicut apud latinos *torva tuens*, *acerba fremens*, et similia.

Aliae itidem orationis partes saepe adverbia fiunt; ut articulus, ῇ *quà*: τῇδε *partim verò*. τὸ ἀνθρώπειον γένος τῇ μὲν ἀγαθὸν, τῇ δὲ φαῦλον, *humanum quidem genus, partim bonum est, partim verò malum*.

Adverbium cum articulo habet vim no-

minis: ὁ πέλας, ὁ πλησίον *vicinus*, *proximus*: ὁ χθὲς *hesternus*.

Comparatur quaedam adverbia, ut apud latinos. μάλα *valde*, μᾶλλον *magis*, μάλιστα *maxime*. ῥᾳδίως, *facilè*, ῥᾷον *facilius*, ῥᾷστα vel ῥᾷστον *facillimè*. πόῤῥω *longè*, ποῤῥωτέρω *longius*, ποῤῥωτάτω *longissime*. πολλάκις *saepe*; πλεονάκις *saepius*, πλειστάκις *saepissime*. σοφῶς *sapienter*, σοφωτέρως *sapientius*, σοφωτάτως *sapientissime*.

## CAPUT XXI.

# DE CONJUNCTIONE

## ET PRAEPOSITIONE.

Conjunctionum apud graecos tot sunt genera, quot apud latinos.

Copulativae, καὶ *et*, μὲν *quidem*, δὲ *verò*, *autem*; τε *que*.

Disjunctivae, ἢ *vel*, ἤτοι *sive*.

Continuativae, εἰ *si*, εἴπερ *si quidem*.

Dubitativae, ἆρα *an*, μῶν *num*, μὴ *numquid*.

Collectivae, ἄρα *ergo*, οὖν *itaque*, τοίνυν, *igitur*, τοιγαροῦν *quocirca*.

Causales, ἵνα *ut*, ὅπως *quo*, γὰρ *enim*,

ἐπειδὴ *postquam*, ἐπειδήπερ *quandoquidem*, ὅτι *quod*, διότι *propter quod*, et apud poëtas, ὄφρα *ut*.

Completivae, quae nihil significant, sed usurpantur vel versûs, vel hiatûs explendi gratiâ. δὴ, νὺ, πὲρ, ῥὰ τοὶ, et similes.

Praepositiones monosyllabae sunt sex: ἐν, εἰς vel ἐς, ἐκ vel ἐξ, πρὸ, πρὸς, σύν.

Praepositio ἐκ praecedit consonantem, ἐκ τείχους *ex muro*: ἐξ praecedit vocalem aut diphthongum, ἐξ ἀρχῆς *ab initio*. Praepositiones dissyllabae sunt duodecim: ἀνὰ, κατὰ, διὰ, μετὰ, παρα, ἀντὶ, ἐπὶ, ἀμφὶ, περὶ, ἀπὸ ὑπὸ, ὑπέρ, quarum omnium vis et significatio declaranda est in Syntaxi.

## DIALECTI PRAEPOSITIONUM.

*Pro* ἐν *dicunt poëtae* εἰν *et* ἐνί. *Pro* σὺν *dicunt attici* ξὺν, *etiam in compositione*, ξυμφέρον *pro* συμφέρον, *ut pro* πρὸς, ὡς: ὡς ἡμᾶς ad nos.

*Dores* ποτὶ *usurpant pro* πρός. *Ex* παρὰ *interdum fit* παραὶ, *addito jota*, *sic* καταὶ *ex* κατὰ, *et* ὑπαὶ *ex* ὑπὸ.

*Interdum per apocopen accipiuntur praepositiones pro verbis compositis*: πάρα pro πάρεστι adest, *vel* πάρεισι adsunt: ἔνι *pro* ἔνεστι inest, licet. *Et tunc accentum habent in priori syllaba: sicut et tunc, cum suis casibus postponuntur*: γήρας πέρι, de senectute.

De mutationibus, quas subeunt prapositioes in compositione, dictum est in verbis barytonis.

## CAPUT XXII.

# DE ACCENTIBUS.

*Nunc tandem, explicatis omnibus quae ad octo orationis partes apud graecos spectant, accuratè de accentuum ratione agendum est: quos quidem, accentus obiter, quantum scilicet ad rationem legendi requirebatur, capite primo attigimus. Est autem accentuum cognitio, cùm ad lectionem et pronunciationem, tum ad scriptionem graecorum vocabulorum, in primis necessaria: ad illam, quia graeci suis in vocabulis legendis et efferendis non quantitatis, quod faciunt latini, sed accentûs rationem habent: ad hanc verò; quia in omnibus dictionibus unum saltem accentum notant et exprimunt graeci, quod apud latinos non solet fieri. Unde ne quis erret in scribendo, scire oportet regulis partim specialibus, partim etiam usu ( nam et hic accentuum magister*

*optimus est* ) *quo quodque vocabulum accentu sit insigniendum.*

Accentus igitur tres sunt: *acutus*, *gravis*, *circumflexus.*

Acutus afficit ultimam syllabam, penultimam, et antepenultimam. Gravis in ultima tantùm signatur; quamvis in omni syllaba, quae acuto aut circumflexo careat, subintelligatur; quam ob caussam syllabicus dici solet. Circumflexus ultimam aut penultimam, et quidem non nisi naturâ tantum, vel naturâ simul et positione longam occupat.

Excipe tamen composita ex subjunctivo articulo, et indefinito τίς. Haec enim, sicut et poëtica, τοῖσδεσι, ταῖσδεσι, circumflexum in antepenultimâ habent. ὅστις *qui*, οὗτινος, ἧστινος, ᾧτινι, ᾗτινι.

Formas et figuras accentuum habes in his vocabulis: Θεὸς, λόγος, τύπτομεν, ποιῶ, βοᾶτε, τιμή.

Vocabulum quod acutum in ultimâ habet, vocatur *oxytonum*; quod in penultimâ, *paroxytonum*; quod in antepenultimâ, *proparoxytonum*. Quod gravi notatur in ultimâ, *barytonum* vulgò dicitur; quamvis omnia illa, quae neque contracta sunt, neque acutum in ultima habent, *gravitona* dici soleant. Quod in ultimâ circumflexum habet, *peryspomenon* est; quod in penultimâ, *properispomenon.*

Oxytona mutant, in ipso orationis contextu acutum suum in gravem, et tunc dicuntur ἐγκλινόμενα, id est, *inclinata*: Θεὸς ἡμῶν *Deus noster*, pro Θεός. Non inclinatur tamen acutus accentus in ipsa orationis serie et consequentia, si sequatur dictio enclitica: Θεός σου *Deus tuus*, Θεός ἐστι *Deus est*. Quod ipsum quoque fit in fine periodi: πάντα βλέπει ὁ Θεός, *omnia videt Deus*.

Interrogativum τίς retinet ubique suum accentum acutum: τίς ἦλθε; *quis venit?*

ANNOTATIO.

*Sunt qui Clenardum reprehendant, quòd accentum in vocabulo* τιμὴ *vocet gravem; et ipsum vocabulum gravitonum. Sed facilis est responsio: nam si quis à signo, notâ et figurâ accentui illi nomen imponere velit;* gravis *vocabitur, et dictio ipsa* gravitona: *quia gravis accentus est virgula seu lineola à sinistrâ dextrorsum descendens, qualis in illâ voculâ* τιμὴ; *si autem spectemus vim, energiam, pronunciationem, et officium illius, accentus acutus erit, et dictio oxytona. Sive igitur* oxytona *voces, sive* barytona *hujusmodi nomina, rectè feceris: quamvis rectiùs Clenardus et alii, caussà docendi, barytona nominent; appellatione petitâ ex gravis accentûs figurâ, quâ vocabulum insignitur.*

**

*Quòd si ( ut quibusdam placet, et rectè ) in contextu et consequentiâ orationis legamus et pronunciemus non ut acutum, sed ut gravem, tunc multò magis barytonam ejusmodi dictionem vocaveris, cùm signo, et vi, et potestate, gravis sit accentus; neque ulla supererit ratio, cur vocetur* oxytona, *quàm quia dictio in illâ syllabâ accentum acutum naturâ suâ habere potest.*

*Puto autem verissimum esse, quod viri eruditi notant ( et in his etiam Guilielmus Baillius noster in erudito suo libello de accentibus ) nempe accentum acutum numquam pronunciari, nisi in fine periodi: in ipsa verò orationis consecutione et seriè minimè, nisi sequatur dictio enclitica. Hinc legendum non est* ϑεὸς ἡμῶν, *elatâ ultimâ syllabâ in nomine* ϑεὸς, *quasi esset* ϑεός: *sed depressâ. At in his orationibus*: ϑεος ἐστιν ἵλεως, Deus est propitius : ἵλεώς ἐστι ϑεός *ultima syllaba in* ϑεὸς *est elevanda; quia in alterâ sequitur enclitica, in alterâ terminat periodum.*

*Illud etiam nobis probatur, acutum ex enclitica natum pronunciandum esse acutè et elatè, licet prior dictio alium acutum aut circumflexum habeat, ut in illo ipso exemplo*, ἵλεώς ἐστι ϑεός; *et in hoc*, σῶμά σου. σώματός σου *Ideo enim in prius vocabulum rejicitur, et acutâ quoque figurâ pingitur ille accentus, ut acutè et*

*elatè pronuncietur*, *cùm in omni dictione accentus tantummodo sint propter pronunciationem: quemadmodum et in consequentia orationis accentus oxytonorum inclinatur, ut depressè syllabam efferendam esse sciamus.*

Cum vocalis accentu gravi vel acuto notata per apostrophum abjicitur, transfertur accentus in partibus quidem declinabilibus in priorem syllabam: καλὰ, καλ': πολλὰ, πολλ': χαλεπὰ, χαλέπ'. In ceteris partibus accentus unâ cum vocali abjicitur: παρ' ἐμοὶ, pro παρὰ ἐμοὶ, *apud me*.

Compositio ut plurimum retrahit accentum: καλὸς *pulcher*: φιλόκαλος *studiosus munditiei*; σοφὸς *sapiens*, φιλόσοφος. Hoc in particulis α, ευ, δυς, et nominibus monosyllabis, quando componuntur, fere perpetuum est: κινητὸ *mobilis*, ἀκίνητος *immobilis*: εὐκίνητος *facilè mobilis*, δυσκίνητος *difficulter mobilis*: παῖς *puer*, εὔπαις *bonos habens liberos*: ποῦς *pes*, τρίπους *tripes*, δίπους *bipes*: χθὼν *terra*, αὐτόχθων *indigena*: χεὶρ *manus*, ἀντίχειρ *pollex*.

Apocope et paragoge non mutant accentum: τυπτέμεν pro τυπτέμεναι, *verberare*: καλοῖς, καλοῖσι. Excipe pronomina quae in fine jota adsciscunt: οὗτος, οὑτοσὶ, *hic*: ἐκεῖνος, ἐκεινοσὶ *ille*: item ἔγωγε, ἔμοιγε, et illa, τοιοῦτοσὶ, τηλικουτοσί, τοσουτοσί. Aut cùm ο praecedit syllabam finalem, quae

per paragogen adjicitur; in his enim semper est accentus in penultimâ: ut πόντος, ποντόφι: κοτυληδὼν, κοτυληδόνος, κοτυληδονόφι: ἐμεόθεν *pro* ἐμοῦ.

Monosyllaba longa relicta post apocopen aliquando acuuntur; ut χρῆμι, χρή: aliquando circumflectuntur, ut ἦλ, pro ἧλος *clavus*: κρῖ, pro κριθὴ *hordeum*; vel pro κρῖμνον, quod significat *farinam, quae per cribrum, laxiora habens foramina, transmissa est.* At monosyllaba longa post aphaeresin relicta circumflectuntur: ut ἔφην, ἔφης, ἔφη: φῆν, φῆς, φῆ: ἦν; ἧς, ἧ: ἔφυν, ἔφυς, ἔφυ: φῦν, φῦς, φῦ.

## DE ACCENTU ACUTO.

Ultima longâ, numquam est in antepenultima accentus acutus. Αἰνείας, Αἰνείου *Aeneas*: ἀνθρώπου *hominis*: σωμάτων *corporum*. Propter hanc regulam mutandus est aliquando accentus obliquorum in polysyllabis dictionibus proparoxytonis: ἄνθρωπος *homo*, ἀνθρώπου, ἀνθρώπῳ: σῶμα *corpus*, σώματος, σωμάτων.

Excipe 1 genitivos jonicos primae simplicium: Αἰνείεω, Πηληϊάδεω. 2 Omnes casus quartae declinationis simplicium: Μενέλεως, Μενέλεω, Μενέλεων. 3 Genitivos atticos omnium numerorum secundae declinationis contractae: πόλεως, πόλεων, πόλεων. 4 Vocabula in

*α* et *οι* ( nam istae diphthongi habentur in accentibus breves ) ἄνθρωποι, τύπτονται. Si tamen in eadem dictione sequatur aliqua consonans, longae censebuntur: ἀνθρώποις.

Ex gravi et acuto in contractione fit acutus: ἑσταὼς, ἑστὼς *stans*: γεγαὼς, γεγὼς *natus*.

## DE ACCENTU CIRCUMFLEXO.

Longa non solâ positione, sed ex naturâ suâ, ante finalem brevem, si accentu notetur, circumflexo notabitur: σῶμα *corpus*, πῶυ *grex*: μοῦσα, μοῦσαι: οἶκος, οἶκοι *aedes*: nam et hîc *αι* et *οι* breves habentur. Τύπτε, τύψον, paroxytona sunt, quia solâ positione producuntur.

Excipe adverbium οἴκοι *domi* ( ad distinctionem nominis οἶκοι, ab οἶκος *domus*) et tertias personas optativi activi in *οι* vel *αι* desinentes: in his enim censetur haec diphthongus longa: φεύγοιμι, φεύγοις, φεύγοι: τετύφοιμι, τετύφοις, τετύφοι: εὕροιμι, εὕροις, εὕροι: ποιήσαιμι, ποιήσαις, ποιήσαι: nam ποιῆσαι, aoristus primus infinitivi est; ποίησαι autem aoristus 1 imperativi verbi medii, sicut τύψαι.

Interdum penultima circumflectitur, licet ultima longa sit solâ positione: χοῖνιξ *choenix*, αὖλαξ *sulcus*. Id tamen non observatur ab omnibus.

Longa ante finalem longam, si accentu

notetur, acuto notabitur: μοῦσαι, μούσαις: οἶκοι, οἴκοις.

Ex acuto et gravi fit in contractione circumflexus: βοάετε, βοᾶτε *clamate.* Hic α et ε coalescunt, quorum alterum acutum, alterum gravem accentum habebat: sic ποιέετε, ποιεῖτε *facile.*

Excipe τὴν Λητόα, Λητὼ, non Λητῶ *Latonam*: αἰδόα, αἰδὼ *verecundiam*, *pudorem*; quamvis aliqui circumflectant, τὴν αἰδῶ: quibus adde τὼ νόω, νῶ, à νόος *mens.*

# DE ACCENTIBUS

## DECLINATIONUM.

Qualis accentus est in recto, talis fere est in obliquis; nisi obstet aliqua regula ex praedictis. λόγος, λόγου, λόγῳ, λόγον. Αἰνείας, Αἰνείου Αἰνείᾳ. Μενέλεως, Μενέλεω.

In declinationibus parisyllabis, si rectus sit oxytonus, genitivi et dativi circumflectuntur in omnibus numeris: ὁ ποιητῆς *poëta*, τοῦ ποιητοῦ, τῷ ποιητῇ, τοῖν ποιηταῖν, τῶν ποιητῶν, τοῖς ποιηταῖς: ἡ τιμὴ *honor*, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ, τῶν τιμῶν, ταῖς τιμαῖς: καλὸς *pulcher*, τοῦ καλοῦ, τῷ καλῷ. Excipe λεὼς, τοῦ λεὼ *populus*: νεὼς *templum*, τοῦ νεώ.

Genitivus pluralis substantivorum primae et secundae declinationis circumflectitur,

qualiscumque sit nominativus. ὁ Αἰνείας, τῶν Αἰνειῶν: ἡ μοῦσα, τῶν μουσῶν.

Excipiuntur à nonnullis ὁ χλούνης *aper*, τῶν χλούνων: ὁ χρήστης *foenerator*, τῶν χρήστων: ὁ ἐτησίας *Etesias*, *ventus*, τῶν ἐτησίων: ἡ ἀφύη, τῶν ἀφύων, *apua*, *genus piscis*.

Adjectiva foeminina à masculinis tertiae declinationis eumdem habent accentum in genitivo plurali, quem masculina ὁ ἅγιος *sanctus*, τῶν ἁγίων, ἡ ἁγία, τῶν ἁγίων. Si masculinum sit quintae declinationis, genitivus feminini circumflectitur τύπτων *verberans*, τύπτοντος, τύπτουσα, τυπτουσῶν; μέλας *niger*, μέλανος, μέλαινα, μελαινῶν.

Genitivi et dativi dissyllabi quintae declinationis accentum habent in ultima ( qui in genitivo duali et plurali circumflexus est ) reliqui verò casus in penultima, ἡ χεὶρ *manus*, χειρός, χειρί, χεῖρα: τὼ χεῖρε, τοῖν χεροῖν, τῶν χειρῶν, ταῖς χερσί. Idem porro judicium est de genitivis et dativis dissyllabis, natis per syncopen ex pluribus syllabis; de quibus capite VI. ἀνὴρ *vir*, ἀνέρος, ἀνδρὸς, ἀνδρὶ, ἀνδροῖν, ἀνδρῶν.

Excipe primò τίς, τινὸς indefinitum: habet enim accentum in ultimâ in omnibus casibus.

Excipe secundò participia θεὶς, θέντος *qui posuit*; στὰς, στάντος *qui stetit*; δοὺς, δόντος *qui dedit*; ὤν, ὄντος *qui est*, et alia hujus generis in nominativo monosyllaba,

quae unà cum interrogativo τίς, τίνος, accentum retinent in penultima dissyllaborum suorum casuum.

Excipe tertiò nomina sequentia, quae genitivum pluralem non circumflectunt. πάντων *omnium*, à πᾶς, cujus dativus pluralis est πᾶσι: τῶν παίδων *puerorum*, à παῖς: τῶν Τρώων *Trojanorum*, à recto Τρὼς: τῶν δᾴδων, δμώων, θώων, κράτων, φώτων, φῴδων, à nominativis ἡ δᾲς *fax*; ὁ δμὼς *famulus*; ὁ θὼς *lupus cervarius*: τὸ κρὰς *caput*: ὁ φὼς *vir*: ἡ φῲς *inustio facta ab igne in cruribus*. At κῆρος, ἦρος, contracta sunt ex κέαρος, ἔαρος: κηρὸς et ἠρὸς regulariter fiunt à rectis τὸ κῆρ et ἦρ.

Polysyllaba quintae simplicium, quae accentum in ultimâ habent, retinent illum in penultimâ obliquorum, quae acuitur, si brevis sit: λαμπὰς, λαμπάδος *lampas*: ποιμὴν, ποιμένος *pastor*. Si verò longa sit, circumflectitur: σωτὴρ, σωτῆρος *salvator*: ἀγὼν ἀγῶνος *certamen*. Nisi obstet aliqua regula generalis: σώτηρων, ἀγώνων.

Diphthongi ευ et ου finales circumflectuntur: ὦ βασιλεῦ: πανταχοῦ *ubique*. Excipe adverbium ἰδοὺ, ad differentiam imperativi ἰδοῦ *vide*, ut τυποῦ.

Vocativus in ες, à propriis in ης, est proparoxytonus: ὁ Δημοσθένης, ὦ Δημόσθενες: ὁ Σωκράτης, ὦ Σώκρατες.

Irregularia sunt ἡ μία *una*, τῆς μιᾶς, τῇ

μιᾶ τὴν μίαν: μηδεμία *nulla*, μηδεμιᾶς, μηδεμιᾷ, μηδεμίαν: ἄμφω *ambo*, ἀμφοῖν: δύο *duo*, δυοῖν. Et μήτηρ *mater*, θυγάτηρ *filia*, quae in obliquis paroxytona sunt: τῆς μητέρος, τῆς θυγατέρος. Item in vocativo, ὦ σῶτερ, ἄνερ, δᾶερ, πάτερ; à rectis σωτὴρ, ἀνὴρ, δαὴρ πατὴρ: sicut et ὦ θύγατερ *filia*, Δήμητερ *Ceres*, εἴνατερ *fratria*; à rectis paroxytonis.

## DE ACCENTIBUS

### QUORUMDAM NOMINUM.

Composita à κτείνω *occido*, τρέφω *nutrio*, φθείρω *corrumpo*, cùm activè capiuntur, sunt paroxytona: πατροκτόνος *parricida*, θηροτρόφος *qui feras nutrit*, λαοφθόρος *qui populum corrumpit.* Si verò passivè usurpentur, proparoxytona sunt: πατρόκτονος *à patre interfectus*, θηρότροφος *à feris nutritus*, λαόφθορος *à populo corruptus.*

Composita à χέω *fundo*, βάλλω *jacio*, πολῶ *verto*, λέγω vel λόγος, cùm habent praepositionem, proparoxytona sunt: πρόχοος *aqualis*, σύμβολος, *omen*, περίπολος *qui circumit*, κατάλογος *catalogus*. Cùm verò aliam particulam praepositam gerunt, paroxytona sunt: οἰνοχόος *pincerna*, ἑκηβόλος *eminus jaculans*, ὑμνοπόλος *qui hymnos tractat*, θεολόγος *theologus.*

Proparoxytona sunt substantiva in εια, ab adjectivis primae contractae: ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, ἀλήθεια *veritas*, εὐσεβὴς, εὐσέβεια *pietas*, ἀσεβὴς, ἀσέβεια *impietas*. Similiter nomina in οια à νοῦς: εὔνους, εὔνοια *benevolentia*: ἄνους, ἄνοια *stultitia*: διάνοια *intelligentia*. Item in ια et ειρα à substantivis masculinis: ὁ ψάλτης, ψάλτρια: ὁ ποιητὴς, ποιήτρια: ὁ δοτὴρ seu δωτὴρ, ἡ δότειρα seu δώτειρα.

## DE ACCENTU VERBORUM.

Accentus verborum et participiorum observandi sunt in conjugationibus verborum. τύπτω, φιλέω, τιμάω, δηλόω, τίθημι, ἵστημι, δίδωμι, δείκνυμι. Eodem enim accentu reliqua omnia verba notantur; et si quid peculiare in nonullis occurrat, id notatum est in singulis conjugationibus.

Praeterita et aoristi dissyllabi primâ longâ, retinent eumdem accentum in compositis: εἶχον *habui*, κατεῖχον *cohibui*, ἀνεῖχον *sustinui*: εἷκα *misi*, ἄφεικα *dimisi*: ἧκα *misi*, συνῆκα *intellexi*. Praeter οἶδα, *scivi*, σύνοιδα, *conscius sum*, et quaedam alia.

Accentus aliarum partium orationis usu observandi et discendi sunt.

## DE ENCLITICIS.

Enclitica dicuntur illa, quae proprium accentum in orationis contextu, vel omnino amittunt, vel ad ultimam syllabam praecedentis dictionis remittunt, vel certè ex uno loco in alium transferunt: ut εἰπέ μοι, *dic mihi*: εἴ τις, *si quis*: ἔστι πόλις, *est civitas:* quamvis interdùm suum quoque accentum retineant.

Reperiuntur enclitica in sequentibus partibus orationis.

In articulo τοῦ (et poëticè τεῦ) quando pro indefinito τινὸς *alicujus;* et τῷ, quando pro τινὶ *alicui*, usurpatur.

In nomine encliticum est indefinitum τὶς, cum omnibus suis casibus. At τίς, τί, *quis, quae, quod,* interrogativum, non est encliticum: nusquam enim suum accentum amittit.

In pronomine primae personae enclitica: sunt tantùm μοῦ (et hujus dialectus μεῦ) μοὶ, μὲ: non autem ἐμοῦ, ἐμοι, ἐμὲ, ut nec dialecti inde natae.

Secundae personae Enclitica haec sunt.

| | | |
|---|---|---|
| σοῦ<br>σοὶ<br>σὲ | Et ejus dialectus | τεῦ et σεῦ.<br>τοΐ<br>τὺ et τὲ. |

Tertiae personae Enclitica sunt οὗ (cùm

dialectis δεῖ et ἕθεν, et ἕο, ut quibusdam placet) οἱ, ἕ. In duali ejusdem personae Encliticum est σφὲ: et σφῶ seu σφωὲ, quando accipitur pro σφὲ tertiae personae; nam σφῶ secundae personae non est Encliticum. In plerali ejusdem personae Encliticum est σφίσι, et σφίν, seu σφὶ pro σφίσι: ut et σφέας pro σφᾶς, et ψὲ pro σφέ seu σφέας. His adde poëtica pronomina μὶν et νὶν pro ἕ, de quibus suprà Cap. XII pag. 85 et 86.

Ex verbis duo sunt Enclitica: εἰμὶ. *sum*; et φημί *dico*; in omnibus personis et numeris praesentis temporis indicativi modi, exceptis secundis singularibus φῄς et εἶ quae non inclinantur; licet aliqui contrarium asserant, saltem de εἶ. Neque enim de Encliticis idem omnes sentiunt; nam quasdam voces habent nonnulli pro Encliticis, quas alii ab Encliticis excludunt. Ceterùm εἷς acutum pro εἶ, plerique Encliticis annumerant. Inclinantur etiam nonullae horum verborum dialecti: ut ἐσσι, *es*; ἐντί, *est*. item φατὶ pro φησὶ: et φαντὶ, pro φασί.

Ex Adverbiis Enclitica sunt ποθὲν, ποθὲ: *alicunde*: ποθὶ, *alicubi*: ποτὲ *aliquando*: πῶς, *quodammodo*: πω, *adhuc*, *dum*; πῆ, *alicubi*: πού, *uspiam*; et similia, cùm non prointerrogatione, sed indefinitè accipiuntur,

Ex Conjunctionibus multae sunt Enclitica: γὲ, κὲ, τὲ, κεν, πού, πέρ, ῥὰ, νυ, νὺν, τοὶ, δὴν, et similes.

## REGULAE DE ENCLITICIS.

Si ante dictionem Encliticam sit vocabulum proparoxytonum, aut properispomenum, accentus Encliticae migrat in ultimam ejus syllabam. ἤκουσέ τινος, *andivit aliquem*, ἄνθρωπός ἐϛι, *homo est*. σῶμά σου, *corpus tuum*.

Excipe primò properispomena quorum ultima producitur positione: haec enim non recipiunt acutum Encliticae. αὖλαξ ἐϛί, *sulcus est*: *non* αὖλάξ ἐϛι. Excipe secundò pronomina Enclitica, quando ponuntur cum particulis ἕλεκα, εἵνεκα, *propterea, ejus rei gratiâ*. ἕνεκα μοῦ, *propter me*. ἕνεκα σοῦ, *propter te*.

Si Encliticam dictionem praecedat vox paroxytona, tunc Enclitica, si sit monosyllaba, suum accentum omnino perdit. Ἀτρεῖδης τε, *Atridesque*: λόγος μου, *sermo meus*: At si dissyllrba sit Enclitica, servat accentum. λόγος ἐϛὶ, *sermo est*. Πέτρος φησὶ, *Petrus dicit*. Quòd si praecedens dictio paroxytona penultimam solâ positione longam habeat; ulmamque brevem, Enclitica sequens remittit accentum suum in praecedentis ultimam, non secùs quam si vocabulum properispomenum praecederet. ἄνδρά μοι ἔννεπε, *dic mihi virum*. ἄνδρα τινα, *quemdam virum*. Alij tamen scribunt, ἄνδρα τινα.

Si dictio praecedens Encliticam sit oxytona, aut perispomena, Enclitica suum accentum amittit, sive sit monosyllaba, sive polysyllaba. πατήρ μου, *pater meus*. ὁρᾶ με, *videt me*. ὁρᾶ τινας, *video quosdam*. Retinetur tamen tunc in oxytona dictione accentus acutus, qui in orationis contextu mutandus erat in gravem. πατρός ἐστι, *patris est*. θεός σου, *Deus tuus*.

Aliqui volunt Pronomina Enclitica retinere accentum, quando ponuntur cum praepositionibus; aut cum disjunctivis conjunctionibus. διὰ σὲ, *propter te*. περὶ σοῦ, *de te*. μετὰ μὲ, ἢ σὲ, *secundum me, aut te*.

Cum plura Enclitica concurrunt, tunc prius posterioris accentum recipit, dicunturque Syuenclitica. τύπτουσί με *verberant me aliqui*.

Persona ἐστὶ cùm principium orationis est, aut subdita post οὐκ, καὶ, ἀλλὰ, ὡς, εἰ, τοῦτο remittit accentum in priorem suam syllabam. ἔστι πόλις *est civitas*. καὶ ἔστιν *et est*: οὐκ ἔστιν *non est*: ὡς: ἔστι *ut est* εἰ ἔστι *si est*, τοῦτ' ἔστι *hoc est*. Aliàs vel amittit, vel in praecedentem dictionem rejicit, vel in ultimâ suâ retinet; juxta regulas antè praescriptas.

Quaedam dictiones omni accentu carent: ὁ, ἡ, εἰς, ἐς, ἐκ, ἐξ, ἐν, οὐ, οὐκ. Possunt tamen habere accentum dictionum Encliticarum, si illas in oratione praecedant.

ὄγεή ʻγε. οὔ μοι ἁνδάνει *non placet mihi.* Οὔ tamen etiam tunc, cùm periodum claudit, acutum accentum recipit, hoc modo (οὔ) similiter et praepositio ἐξ, cùm aut in fine versûs apud poëtas, aut in fine periodi apud Oratores collocatur, (. σξ)

Porrò quae hactenus de Encliticis tradidimus, clariùs ex subjectâ tabellâ intelligentur.

## DICTIONES ENCLITICAE

### MONOSILLABAE.

| | |
|---|---|
| Articul. | τοῦ(τεῦ)τῷ pro indefinito τινὸς τινί |
| Nom. | τὶς, τὶ, indefinitum. |
| Pronom. | 1 pers. μοῦ (μεῦ) μοὶ, μέ. |
| | 2 σοῦ (σεῦ,τεῦ) σοὶ (τοί) σὲ (τὺ,τέ) |
| | 3 S. οὗ (εὖ) οἷ, ἕ. D. σφὲ, σφὼ, ψέ. |
| | P. σφὶν, σφὶ. μὶν, νίν. |
| Verb. | εἰς acutum. |
| Adverb. | πῶς, πῶ, πὴ, ποῦ, et alia, indefinitè sumpta. |
| Conjunct. | τὲ, γὲ, τοὶ, ποῦ, πὲρ, κὲ, κὲν, νὺ, νὺν, θὴν, ῥὰ, et similes. |

Ponendo igitur vocabula loco regularum, si occurrat dictio cujuscumque partis, eo modo accentum habens, quo haec nomina posita; Encliticae suum recentum vel Transferunt, vel Amittunt, vel Retinent, ut in hâc tabellâ vides.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Proparox. | ἄνθρωπος | transferunt | ἄνθρωπός τις. |
| Paroxyt. | ἄνδρα | | ἄνδρά σε. |
| Properisp. | σῶμα | | σῶμά σου. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Paroxyt. | ζῶον | amittunt | ζῶον μου. |
| | λέγειν | | λέγειν σε. |
| | λογος | | λόγος σου. |
| Perispom. | ὁρῶ | | ὁρῶ σε. |
| Oxyton. | ἀγαθὸν | | ἀγαθόν τι. |

Retinent aliquando, cùm ponuntur ἐμφατικῶς; ut ἤκουσα σοῦ, *audivi te, et non alium.*

## DISSYLLABAE.

| | |
|---|---|
| Nom. | τινὸς, τινὶ, et ceteri casus dissyllabi ab indefinito τὶς, τὶ, per omnes numeros. |
| Pronom. | S. ἕθεν, ἕο. D. σφωέ. P. σφίσι, σφέας. |
| Verb. | S. εἰμὶ (ἐσσὶ) ἐστὶ (ἐννὶ) D. ἐστὸν, ἐστόν. P. ἐσμὲν, (εἰμὲν) ἐστὲ, εἰσί. |
| | S. φημὶ, (non φὴς) φησὶ, (φατί). D. φατὸν, φατόν. P. φαμὲν, φατὲ, φασὶ (φαντί.) |
| Adverb. | ποθὲν, ποτὲ, ποτὶ, ποθὶ, ποθὲ, et quae sunt alia. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Proparoxyt. | ἄνθρωποι | transferunt. | ἄνθρωποί τινες. |
| Paroxyton. | ἄνδρα | | ἄνδρά τινος. |
| Properisp. | σῶμα | | σῶμά τινος. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Oxyton. | ἀγαθὸν | amittunt | ἀγαθόν τινα. |
| Perisp. | ὁρῶ | | ὁρῶ τινας. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Paroxyt. | ζώων<br>λέγειν<br>λογος | retinent | ζώων ἐστί.<br>λέγειν τινά<br>λόγος τινός. |

Αὖλαξ ἐστί: τύπτουσι μέ τινες: ἔστι πόλις: ἀλλ' ἔστι: τοῦτ' ἔστι, etc.

# CAPUT XXIII.

DE

# RATIONE INVESTIGANDI THEMATA.

*Diximus cap.* XVIII. *generatim de verbis defectivis et anomalis: nunc ordine alphabetico contexendus est in gratiam juventutis catalogus anomalorum, qui sit instar lexici, rationemque thematis vel investigandi, vel in sua tempora diducendi ostendat. Quod ut legitimè fiat, primò necesse est, ut paradigmata omnium conjugationum probè perspecta animoque comprehensa habeantur. Quo facto, si offeratur vocabulum, dubitesque num sit anomalum, ad regulas, superiùs gene-*

*ratim de anomalis traditas, confugiendum erit; ut si haereas, utrum* ἄχθομαι, λαμβάνω, ἀρέσκω, πολεμησείω *et similia, sint anomala, facilè omnem dubitationem eximet caput modò nominatum de anomalis.*

*Quod si quis non in ipsum thema, sed in tempus à praesenti distinctum incidat, considerandae diligenter erunt syllabae illius dictionis, quae qualesque sint. Ex harum enim accuratâ inspectione thema vel sine lexico, vel operâ lexici facilè deprehendetur. Ut si occurrat, verbi gratiâ, participium passivum* ὀφθησόμενος, *futurum illius passivum indicativi modi necessario erit* ὀφθήσομαι, *et aoristus primus* ὤφθην: *ab hoc enim formatur. Rursus adscendendo ad praeteritum, invenies juxta regulas traditas in verbis, tertiam personam praeteriti esse* ὦπται: *nam* π *et* τ *tenues transierunt in adspiratas. Prima ergo persona erit* ὦμμαι, *praeteritum activum* ὦφα, *( sive usitatum, sive non: de hoc enim solicitus non erit, qui themata indagabit ) futurum activum* ὄψω: *siquidem* ω *praeteriti fuit augmentum temporale. Thema igitur erit vel* ὄβω, *vel* ὄπω, *vel* ὄφω *vel* ὄπτω: *vel, si activa usitata non sint, thema erit* ὄβομαι *vel* ὄπομαι *vel* ὄφομαι *vel* ὄπτομαι. *Adhibe tandem lexicon, si aliter te expedire nequiveris, et reperies* ὄπτομαι.

*Sicut autem apud latinos ex* ω *finitis activam fingere vocem jus fasque est, ut eò faciliùs deponentia et communia, quae sub passivâ tantummodo terminatione usurpantur, tempora formemus: ita, et multò magis apud graecos recurrendum est ad activa, etiamsi sint obsoleta et inaudita: ut eò promptiùs, ad illa formanda tempora, quae sub passiva voce tantùm reperiuntur, adscendamus: ut in hoc exemplo vides.* Βούλομαι *suà tempora sumit à* βουλέομαι. *Accipe ergo inusitatum* βουλέω: *futurum erit* βουλήσω: *praeteritum* βεβούλημαι voluì, βεβούλησαι voluisti, βεβούληται, voluit: *hinc aorist.* 1 ἐβουλήθην, ἐβουλήθης ἐβουλήθη: *fut.* 1 βουληθήσομαι: *fut. med.* βουλήσομαι: *et sic ordine per alios modos.*

*Quod si afferatur futurum in* ήσω *vel aoristus participij in* ήσας, *noveris tempus illud plerumque à verbo in* έω *vel in* άω *derivari; licet fieri possit, ut tempus hoc in praesenti non sit ampliùs usitatum, cum saepè ex circumflexis praesentibus facta sint barytona: ut* αὔξω *ab* αὐξέω augeo, cresco, *et similia. Si verò futurum in* άσω *exeat, thema erit verbum in* άω *vel* άζω; *si in* ώδω *vel* όσω, *thema erit* όω *vel* ώω.

*Multum quoque conducit ad expeditam temporum formationem, thematisque inquisitionem, ut quis ex compositis abji-*

*ciat praepositionem, aut vocabulum quod compositionem facit: hoc enim facto, multo certius thema indagabis, aut indagatum per sua tempora diduces. Ut si incidas in aorist. 1 passivum* κατελείφθην relictus sum, *statim advertes esse compositum ex* κατά: *abjice ergo praepositionem remanebit* ἐλείφθην: *tunc adhibitis regulis et documentis hic et aliàs passim traditis, invenies tandem thema* λείπω relinquo, λείψω, λέλειφα, λέλειμμαι, λέλειψαι, λέλειπται: ἐλείφθην, ἐλείφθης: λειφθήσομαι: *cum* κατά καταλείπω, καταλείψω, καταλέλειφα: *nam in formatione temporum rectà ad futurum, et inde ad praeteritum activum, hinc ad passivum, ab hoc ad aoristum primum activum, hinc ad passivum, ab hoc ad aoristum primum, et tandem ad futurum primum veniendum est: haec enim tempora ex sese valdè concinnè apta sunt et ab exercitato, unico fere momento percurruntur.*

*Sed nunc ipsum verborum difficiliorum catalogum subjungamus, ut hinc verba anomala, quae in quotidianis praelectionibus occurrunt, studiosa juventus sine magno labore petere possit.*

## A

ἈΓΑΜΑΙ, miror, suspicio, laudo, probo, 2 *conjugat. in* μι, *fut. med.* ἀγάσομαι. *aor.* 1 *med.* ἠγασάμην: *aor.* 1 *pass.* ἠγάσθην, *ab* ἠγάομαι *vel* ἀγάζομαι admiror, veneror; *quod utrumque apud poëtas in usu est: qui etiam pro* ἄγαμαι *dicunt interdum* ἀγάαμαι *interposito* α.

ἈΓΩ, duco, *fut.* ἄξω. *praet.* ἦχα: *attice* ἀγήοχα *pro* ἄγηχα *interjecto* ο: *praet. pass.* ἦγμαι. ἦξαι ἦκται: *aorist.* ἤχθην: *futur.* 1 ἀχθήσομαι: *aor.* 2 *activus est* ἦγον *et addito* γα, ἤγαγον: *hinc* ἄγαγε, ἀγάγοιμι: ἐὰν ἀγάγω: ἀγάγειν: ὁ ἀγαγὼν *et jonicè* ὁ ἀγάγας: *in med.* ἠγαγόμην: ἀγαγέσθαι: ἀγαγόμενος.

*A futuro* ἄξω *fit praesens imp.* ἄξε, ἀξέτω: *nam supra quoque cap.* XVIII *diximus futurum quorumdam verborum pro praesenti usurpari:* ὄρω, concito, ὀρῶ *et aeolicè* ὄρσω: *hinc praesens* ὄσσω: *pass.* ὄρσομαι: *imperf.* ὠρσόμην: *imperat.* ὄρσου, expergiscere, *jonicè* ὄρσεο. *Sic* δύσω, βήσω, οἴσω, λέξω: *pro* δύω subeo: βάω *seu* βαίνω, eo: οἴω *seu* φέρω fero: λέγω, dico. *Sic* τέρσω *à* τείρω attero: δοάσω, *vel* δοιάσω delibero, *à* δοάζω *vel* δοιαζω.

ἈΓΝΥΜΙ *et* ἀγνύω frango: *ab* ἄγω *vel* ἄσσω. *fut.* ἄσω: *aor.* ἦξα, *et diaeresi* ἔαξα: *quae diaeresis aliis quoque temporibus fa-*

*miliaris est. praet. act.* ἦχα, ἔαχα: *pass.* ἦγμαι, ἔαγμαι, ἔαξαι, ἔακται, *praet. med.* ἦγα, ἔζαγα, κατέαγα, fractus sum: *part.* κατεαγώς: *aor.* 2 *act.* ἦγον, ἔαγον: *aor.* 2 *pass.* ἤγην ἐάγην, κατεάγην. *Et ubi augmentum non erat:* κατεαγῶσι, confringerentur: κατεαγῆναι, confractum esse:

*Observandum porrò est, verba quae in praesenti* γνύω *et* γνυμι *habent, formare sua tempora, quae ultra imperfectum sunt, partim à verbis in* γω: ζευγνύω, ζεύγνυμι, jungo: *fut.* ζεύξω *praet. act.* ἔζευχα *pass.* ἔζευγμαι (*hinc* ζεῦγμα junctura) *aor.* 1 *pass.* ἐζεύχθην. *aor,* 2 *act.* ἔζυγον: *passivi* ἐζύγην: *praet. med.* ἔζευγα. *omnia ab inusitato* ζεύγω. *Sic* εἰργνύω, εἴργνυμι, claudo: *fut.* εἴρξω: *aor.* 1 εἶρξα: *praet. act.* εἶρχα: *pass.* εἶργμαι: *aor.* 1 *pass.* εἴρχθην: *fut.* εἰρχθήσομαι, *ab* εἴργω.

*Sic* μιγνύω, μίγνυμι, misceo, *à verbo* μίγω. *fut.* μίξω: *aor.* 1 *act.* ἔμιξα: *praet. act.* μέμιχα: *pass.* μέμιγμαι. *Et* μοργνύω, μόργνυμι, abstergo, μόρξω: ἔμορξα, *à* μόργω *quibus adde* ὀμοργνύω, ὀμόργνυμι, abstergo: οἰγνύω, οἴγνυμι aperio: *fut.* 1 οἴξω: *aor.* 1 *act. attic.* ἔῳξα *praet. med.* ἔῳγα: *pass.* ἔῳγμαι: *aor.* 1 *pass.* ἐῴχθην *fut.* 1 οἰχθήσομαι: *fut.* 2 οἰγήσομαι, *ab* οἴγω, *à quo* ἀνοίγω: ὀρέγνυμι, appeto, ὀρέξω, ὤρεξα, ὤρεχα, ὤρεγμαι.

*Partim à verbis in* σσω. πηγνύω, πήγνυμι, coaleo, compingo. πήξω: ἔπηξα: *aor.* 2

*act.* ἔπαγον; *pass.* ἐπάγην; *velut à* πέσσω.
πλήγνυμι, plango, ferio: *fut.* 1 πλήξω: *aor.* 1 ἔπληξα: *praet. pass.* πέπληγμαι: *aor.* 2 *pass.* ἐπλάγην: *part.* πλαγεὶς, *a* πλήσσω: ῥηγνύω, ῥήγνυμι: ῥήξω ἔῤῥηξα, ἔῤῥαγον, ἐῤῥάγην *tamquam à* ῥήσσω: φραγνύω, φράγνυμι, sepio. *fut.* 1 φράξω: *aor.* 1 ἔφραξα: *praet. act.* πέφραχα: *pass.* πέφραγμαι: *aor.* 1 *pass.* ἐφράχθην: *fut.* 1 φραχθήσομαι: *eademque est compositorum ex his ratio.*

Α'ΔΩ placeo: *praet. med.* ἧδα: *diaeresi* ἔαδα. *part.* ἑαδώς.

Α'ΙΡΕ'Ω *et* αἱρέομαι, eligo, capio, sumo: *fut. med.* αἱρήσομαι: *praet. pass.* ᾕρημαι, ᾕρησαι, ᾕρηται: *aor.* 1 ᾑρέθην: *aor.* 2 *med.* εἱλόμην *ab* ἕλω: *aor.* 2 *act.* εἷλον; *unde infin.* ἑλεῖν *et particip.* ἑλεὶς. *et eadem est ratio compositorum* καθαιροῦμαι, ἀφαιροῦμαι, occidor, perdor, auferor, *et similium.*

Α'ΙΣΘΑ'ΝΟΜΑΙ, sentio *fut.* αἰσθήσομαι *ab* αἰσθέομαι. *Unde verò verba in* άνω *et* άνομαι *sua tempora sumant, dictum est cap.* XVIII.

Α'ΛΕ'ΞΩ, juvo, ἀλεξήσω *ab* ἀλεξέω.

Α'ΛΑ'ΛΗΜΑΙ, erro: *nam ab* ἀλάω *fit* ἄλημι, *unde pass.* ἄλημαι *et cum reduplicatione* ἀλάλημαι.

ΑΙ'ΡΩ, tollo. *fut.* ἀρῶ: *aorist.* 1 ἦρα, *vel* ἧρα. *In aoristis primis extra indicativum habet* α *futuri*, ἆρον, tolle, ἄραιμι, ἄρω, ἆραι, ἄρας; *cum* ἀπὸ, ἀπάρας. *Quod etiam in aoristis secundis fit*, ἦρον, ἠρόμην, ἀροίμην, ἄρωμαι:

*praet. act.* ἦρκα: *pass.* ἦρμαι, *plusquam perf.* ἤρμην, ἦρσο, ἦρτο, *unde per pleonasmum* ω, ἄωρτο, pependerat: *aor.* 1 *pass.* ἤρθην. *Imper.* ἄρθητι, tollere: *praet. med.* ἦρα, *et repetitione atticâ*, ἄρηρα.

Α'ΛΙ'ΣΚΩ, capio. *fut.* 1 *act.* ἁλώσω: *fut. med.* ἁλώσομαι, *praet. act.* ἥλωκα, *atticè* ἑάλωκα, *pass.* ἑάλωμαι *ab* ἁλόω. *At aor.* 2 *act.* ἧλων, *atticè* ἅλων. *imp.* ἅλωθι. *opt.* ἁλοίην, *atticè* ἁλῴην, *infinit.* ἁλῶναι. *particip.* ἁλοὺς, ἁλόντος: *ab inusit.* ἅλωμι *tertiae conjugationis verborum in* μι, *absque reduplicatione. Omnes porrò aor.* 2 *significationis passivae sunt sub activa terminatione.*

Α'ΝΑΛΙ'ΣΚΩ, consumo *fut.* ἀναλώσω *praet.* ἀνήλωκα, *et* ἀνάλωκα *sine augmento*, *et* ἠνάλωκα, *et in pass.* ἀνήλωμαι, ἀνάλωμαι, ἠναλώμην: *aor.* 1 *act.* ἀνήλωσα, ἠνάλωσα *et* ἀνάλωσα, *ab* ἀναλόω; *unde imperf.* ἀνάλουν *et infin.* ἀναλοῦν *cum particip.* ἀναλούμενος.

Α'ΜΑΡΤΑ'ΝΩ, pecco. ἁμαρτήσω, ἡμάρτηκα, ἡμάρτημαι. *aor.* 2 *act.* ἥμαρτον ( *poët.* ἤμβροτον peccavi, *ubi ab* ἀμβροτέω ) *inf.* ἁμαρτεῖν. *part.* ἁμαρτὼν, *ab inusitato* ἁμαρτέω.

Α'ΜΦΙΕ'ΝΝΥΜΙ *et* ἀμφίεμαι, induo *fut.* ἀμφιέσω *et poëticè* ἀμφιέσσω, induam. *aorist.* 1 ἠμφίεσα, indui; *est autem compositum ab* ἀμφὶ *et* ἕω *seu* ἰέω. *hinc* ἵεμαι, *et compositum* ἀμφίεμαι, *et per quartam conjugationem* ἀμφιέννυμι *ab* ἀμφιεννύω; *quae omnia*

*ab* ἕω, *tamquam ab origine manant: praet. pass.* ἠμφίεσμαι, indutus sum: *et* ἠμφίειμαι *cum duplici augmento*: ἕω, ἕσω, εἷκα *pass.* εἷμαι: *augetur enim per* ει: *hinc cum* ἀμφὶ, ἠμφίειμαι, ἠμφιειμένος indutus, *et* ἠμφιεσμένος.

*Observandum est autem, verba in* ννύω *et* ννυμι *sumere sua tempora à verbis in* έω *vel* άω *vel* όω, *quod cognoscere poteris ex vocali proximè antecedente duplex illud* νν. *Nam* ἐννύω, ἕννυμι, vestio, *sua tempora sumit ab* ἕω: ζεννύω, ζέννυμι, ferveo, à ζέω: κορεννύω, κορέννυμι, saturo, *à* κορέω: σβέννυμι, σβεννύω, extinguo, *à* σβέω: στορεννύω, στορέννυμι, sterno, *à* στορέω; *quia in his ante duplex illud* νν *reperitur* ε. *At* κεραννύω, κεράννυμι, misceo, à κεράω, κεράσω ἐκέρασα, *et per syncopen* κράσω, *praet.* κέκρακα, *pass.* κέκραμαι *et sine syncope* κεκέρασμαι, *addito* σ: κρεμαννύω, κρεμάννυμι, suspendo, *à* κρεμάω: πεταννύω, πετάννυμι, expando, *à* πετάω, πετάσω, ἐπέτασα: σκεδαννύω: σκεδάννυμι, dispergo, *à* σκεδάω. *sumunt haec, tempora à verbis in* άω, *quia* α *habent ante* νν *duplex.*

*Sequentia verò à verbis in* όω *vel* όω, *quia* ω *habent*: ζωννύω, ζώννυμι, cingo, *ab inusitato* ζόω, ζώσω, ἔζωσα: *praet. act.* ἔζωκα; *pass.* ἔζωσμαι cinctus sum ( *unde verbale* ζῶσμα *et abjecto* σ, ζῶμα, cingulum ) *aor.* 1 ἐζώσθην, ἐζώσθης, ἐζώσθη: ῥωννύω, ῥώννυμι, valeo, *à* ῥόω, ἔῤῥωσα, ἔῤῥωκα, ἔῤῥωμαι: *aor.* 1

**

ἐῤῥώσθην: στρωννύω, στρώννυμι, sterno, *ab inusitato* στρόω, στρώσω, ἔστρωσα, ἔστρωκα, ἔστρωμαι, stratus sum, ἐστρώθην: χωννύω, χώννυμι, fodio, aggerem facio, *a* Χόω *seu potius* χόω, χώσω, ἔχωσα, κέχωκα, κέχωσμαι, κέχωσαι, κέχωσται: χρωννύω, χρώννυμι, coloro, *a* χρόω, *sive* χρόω, χρώσω, ἔχρωσα, κέχρωσμαι; *unde* χρῶμα color, *abjeclo* σ *praeteriti*; *et* χρῶσις, coloratio. *Eadem est ratio compositorum ex his omnibus.*

Α'ΝΑΙ'ΝΟΜΑΙ, renuo, recuso: *perf.* ἀνήνημαι, ἀνήνησαι, ἀνήνηται, *quasi ab* ἀναινέω *ex* ἀνὰ *et* αἰνέω: *hinc. aor.* 1 *med.* ἠνηνάμην, repudiavi, *cum duplici augmento.*

Α'ΝΟΙΓΩ, aperio: *ab* ἀνὰ *et* οἴγω: *fut.* οἴξω, ἀνοίξω: *aor.* 1 ᾦξα *atticè* ἔῳξα, ἀνέῳξα: *praet. act.* ἀνέῳχα: *pass.* ἀνέῳγμαι: *aor.* 1 ἀνεῴχθην *et* ἠνεῴχθην *et per syncopen* ἀνῴχθην, apertus sum, *poëticè* ἀνωΐχθην: *praet. med.* ἀνέῳγα, ἄνῳγα, *et* ἠνέῳγα, *cum augmento triplici.*

Α'ΠΟΛΕ'Ω, ἀπολλύω, ἀπόλλυμι pereo perdo: *fut.* ἀπολῶ, vel ἀπολέσω, *hoc ab* ἀπολέω, *illud ab* ἀπόλλω *composito ex* ἀπὸ *et* ὄλλω: *fut.* ὀλῶ perdam, *praet. med.* ὦλα *et repetitione atticâ* ὄλωλα *cum* ἀπὸ, ἀπόλωλα: *particip.* ὀλωλὼς, ἀπολωλὼς: *in praet. act.* ἀπώλεκα, ἀπολώλεκα: *aor.* 2 *act.* ἀπώλον, *med.* ὠλόμην, ἀπωλόμην, *unde opt.* ὀλοίμην, ἀπολοίμην.

Α'ΠΕΣΚΛΗΚΑ, indurui, ἀπεσκληκέναι,

ἀπεσκληκὼς *ab inusitato* ἀποσκλάω *praet. simplex est*, ἔσκληκα: *aor.* 2 *ind.* ἔσκλην: *opt.* σκλαίην, *et infin.* σκλῆναι, *à* σκλῆμι. *Thema usitatum est* σκέλλω *seu* σκάλλω, exsicco, arefacio: *fut.* σκαλῶ: *aor.* 1 ἔσκαλα *et* ἔσκηλα: *hinc aor. aeolicus* σκῆλεια, σκήλειας σκήλειε, arefecerim, induruerim.

Α'ΡΕ'ΣΚΩ *fut.* ἀρέσω: *aor.* 1 ἤρεσα, *ab inusitato* ἀρέω, placeo.

ΑΥ'ΞΩ *et* αὐξάνω, cresco, augeo: *fut.* αὐξήσω: *aor.* 1 ηὔξησα; *praet. pass.* ηὔξημαι *velut ab* αὐξέω.

Α'ΠΟ'ΧΡΗ, sufficit, *imperson. per apocopen pro* ἀπόχρησι, *à verbo inusitato* ἀπόχρημι: *imperf.* ἀπέχρη sufficiebat: *fut.* ἀποχρήσει, sufficiet: *aor.* 1 ἀπέχρησε, suffecit: *infin. praes.* ἀποχρῆν, sufficere; ἀποχρήσειν, satis fore: ἀποχρῶν, sufficiens.

## B

ΒΑΙ'ΝΩ, vado: *fut.* βήσω: *med.* βήσομαι: *aorist.* 1 *act.* ἔβησα: *med.* ἐβησάμην: *praet. act.* βέβηκα *à* βάω: *aorist.* 2 *per omnes modos à* βῆμι. *Hinc indic.* ἔβην. *Sic* καταβαίνω, descendo, κατέβην: ἀναβαίνω ascendo, ἀνέβην: *imper.* βῆθι, vade: κατάβαθι, descende: ἀνάβαθι, adscende, *per* α, *pro* κατάβηθι; *per apocopen* κατάβα, ἀνάβα, *sicut* ἄνστα, resurge *pro* ἀνάστηθι: *opt.* βαίην: *subjunct.* βῶ, βῇς, βῇ: *infin.* βῆναι: *part.* βὰς, βᾶσα, βάν.

ΒΑ'ΛΛΩ, jacio: βαλῶ ( *et poëticè* βαλλήσω, *quasi à* βαλλέω ) *prae'. act.* βέβληκα: *pass.* βέβλημαι: *aor.* 1 ἐβλήθην, jactus, projectus sum: *fut.* βληθήσομαι *quasi à* βλέω.

ΒΙΒΡΩ'ΣΚΩ, edo; βρώσω: ἔβρωσα: βέβρωκα, *ab inusit.* βρόω. *Nam quaedam barytona reduplicationem habent, ut in cap.* XVIII *dictum est.*

ΒΙΟ'Ω, vivo: *fut.* 1 βιώσω: *med.* βιώσομαι: *aor.* 1 ἐβίωσα: *praet.* βεβίωκα, *unde pass.* βεβίωται, *et* τὰ βεβιωμένα: *aor.* 2 *ind.* ἐβίων: *imperat.* βιῶθι, vive: *optat.* βιοίην, *ut* δοίην: *et* βιῴην *ut* δῴην: *infin.* βιῶναι: *particip.* βιούς, βιόντος *à* βίωμι.

ΒΟΥ'ΛΟΜΑΙ, volo, βουλήσομαι, βεβούλημαι, ἐβουλήθην, *atticè* ἠβουλήθην, *tamquam à* βουλέομαι. *Vide cap.* XVIII.

ΒΛΑΣΤΑ'ΝΩ, germino: *fut.* βλαστήσω: *aor.* 1 ἐβλάστησα: *praet.* βεβλάστηκα: *aor.* 2 ἔβλαστον: *partic.* βλαστῶν *à* βλαστέω.

## Γ

ΓΑΜΕ'Ω, uxorem duco: *fut.* γαμήσω: *aor.* 1 ἔγημα. *infin.* γῆμαι: *part.* γήμας, *à* γάμω: *dicitur etiam aor.* 1 ἐγάμησα: *perf. act.* γεγάμηκα, *pass.* γεγάμημαι: *aor.* 1 *pass.* ἐγαμήθην, nupta sum.

ΓΗΡΑ'ΣΚΩ, senesco, γηράσω, *à* γηράω. *Vide cap.* XVIII.

ΓΙ'ΝΟΜΑΙ *et* γίγνομαι, fio, sum: *fut.* 1

*med.* γενήσομαι. *praet. pass.* γεγένημαι. *aor.* 1 ἐγενήθην. *fut.* 1 γενηθήσομαι. *aor.* 1 *med.* ἐγενησάμην: *aor.* 2 ἐγενόμην, ἐγένου, ἐγένετο (*per syncopen* ἔγεντο, *et sine augmento* γέντο) *à* γενέομαι. *praet. med.* γέγονα, γέγονας. *aor.* 1 *med.* ἐγεινάμην: *particip.* γεινάμενος: *fut.* 1 *med:* γενοῦμαι, *à* γείνω. *Dicitur etiam* γεννάω *per duplex* νν. *Hinc aor.* 1 *act.* ἐγέννησα: *med.* ἐγεννησάμην, ἐγεννήσατο, *et facta syncope*, ἐγέννατο, *et* γέννατο, *ablato augmento. Sumit igitur* γίγνομαι *sua tempora à tribus*, γενέομαι, γείνω, γεννάω.

ΓΙΝΩ'ΣΚΩ, cognosco, *fut.* 1 *med.* γνώσομαι: *praet. act.* ἔγνωκα, *pass.* ἔγνωσμαι: *aor.* 1. *pass.* ἐγνώσθην. *infinit.* γνωσθῆναι: *part.* γνωσθεὶς: *fut.* 1 γνωσθήσομαι: *à* γνώω. *Sed aor.* 2 *indic.* ἔγνων: *imperat.* γνῶθι, nosce *infin.* γνῶναι. *part.* γνοὺς, *à* γνῶμι *inusitato. Sic* ἀναγινώσκω, lego, ἀναγνώσω, ἀνέγνωσα, ἀνέγνωκα, ἀνέγνων: *praet. pass.* ἀνέγνωσμαι. *Sic* καταγινώσκω, condemno, improbo.

## Δ

ΔΑΊΩ, scio, divido, depascor: δαήσω *et* δαήσομαι, *à* δαέω: *unde etiam praet. act* δεδάηκα (*jonicè* δέδαα, *et pass.* δεδάημαι, *cum aor.* 2 *pass.* ἐδάην, δαῆναι, δαεὶς). *At fut. med.* δάσομαι: *praet. pass.* δέδασμαι, *aor.* 1 ἐδάσθην, *fiunt à* δάζω.

ΔΑ'ΚΝΩ, mordeo *fut.* δήξω: *aor.* 1 ἔδηξα.

*aor.* 2 ἔδακον: *praet. pass*: δέδηγμαι: *aor.* 1 ἐδήχθην, morsus sum: *et sic de caeteris temporibus, velut à* δήκω.

ΔΕΙΚΝΥ'Ω *et* δείκνυμι, ostendo: *fut.* δείξω: *aor.* 1 ἔδειξα: *praet. act.* δέδειχα, *pass.* δέδειγμαι. *aor.* 1 ἐδείχθην: *fut.* 1 δειχθήσομαι, *ab inusitato* δείκω, *et ita deinceps etiam in compositis*: καταδείκνυμι, ἐπιδείκνυμι, demonstro; ὑποδείκνυμι, suggero.

ΔΑΡΘΑ'ΝΩ, dormio: *fut.* 1 *med.* δαρθήσομαι: *aor.* 2 *act.* ἔδαρθον: *infin* δαρθεῖν: *ab inusitato* δαρθέω, *poët.* ἔδραθον, δραθεῖν δραθεῖν.

ΔΕ'Ω, ligo: *fut.* δέσω *et* δήσω, *aor.* 1 ἔδησα: *praet. act.* δέδεκα, ligavi, *et* δέδηκα: *pass.* δέδεμαι (*hinc* ἐδέθην, ligatus sum) *et* δέδημαι, ἀναδέδημαι (*a quo verbale* ἀνάδημα, redimiculum) διαδέδημαι, διάδημα, diadema, corona.

ΔΕ'ΟΜΑΙ, rogo: δεήσομαι: *perf.* δεδέημαι: *aor.* 1 *pass.* ἐδεήθην: *à* δέομαι.

ΔΕΙ'ΔΩ, timeo. *fut.* 1 δείσω: *aor.* 1 ἔδεισα: *praet. act.* δέδεικα: *med.* δέδοικα, *pro* δέδοιδα, *euphoniae caussâ*; *jonicè* δέδια: *unde* δεδιέναι *et* δεδιὼς (*iones enim ex communi praeterito auferunt* κ, *et penultimam corripiunt*) δέδοικα, timui, δέδια: *aor.* 2 *imperat. pass.* δηδίθι *et* δείδιθι *pro* δεδίηθι, *à* δεδίττομαι, territo *seu* territor, attonitus sum.

ΔΙΔΑ'ΣΚΩ, doceo. *fut.* διδάξω; *aor.* 1 ἐδίδαξα: *praet. act.* δεδίδαχα: *pass.* δεδίδαγμαι: *aor.* 1 ἐδιδάχθην: *ab inusitato* διδάχω

ΔΙΔΡΑΣΚΩ, fugio: *fut.* διδράσω, ἀ δράω *sed servatâ reduplicatione praesentis. Aor.* 2 *act.* δίεδραν, fugi *pro* διέδρην, διέδρησαν, fugerunt: *opt.* διαδραίην: *infinit.* διαδράναι: *part.* διαδράς, διαδράντος; ἀ διάδρημι.

ΔΟΚΕΩ, appareo, videor, puto. *fut.* δοκήσω, *et* δόξω: *aor.* 1 ἔδοξα: *praet. pass.* δέδογμαι, (*unde* δόγμα) *ab inusitato* δόκω.

ΔΥΝΩ, subeo, ingredior: *fut.* δύσω: *praet.* δέδυκα: ἀ δύω. *Sed. aor.* 2 ἔδην: *infin.* δῦναι: *part.* δύς, δύντος, ἀ δῆμι *inusitato*.

E

ΕΔΩ, edo: *perf.* ἦκα, *atticè* ἐδηκα *et per pleonasmum* ἐδήδοκα: *praet. med.* ἦδα, *atticè* ἔδηδα: *part.* ἐδηδώς, qui edit: *fut. med.* ἔδομαι, edam, *pro* ἐδοῦμαι: *ut* φάγομαι, edam; πίομαι, bibam.

ΕΘΕΛΩ, volo: *fut.* ἐθελήσω: *aor.* 1 ἠθέλησα: *velut ab* ἐθελέω.

ΕΘΩ, assuefio: *praet. med.* εἴωθα, solitus sum, consuevi, *pro* εἶθα.

ΕΙΔΩ, scio, video: *fut.* 1 *med.* εἴσομαι, *vel* ἴσομαι, *remoto* ε: *fut.* 1 *act.* *est* εἴσω *vel* ἴσω sciam: *hinc praesens* εἴσκω *seu* ἴσκω scio: *aor.* 1 εἶσα: *med.* εἰσάμην *et atticè* ἐεισάμην: *hinc* ἐεισάμενος: *praet med.* οἶδα, (*nam* ει *mutatur in illo praet. in* οι) *aor.* 2 *act.* εἶδον, *poëticè* ἴδον (*quod etiam extra indicativum servatur*: ἴδε, vide, ἰδού-

νη, ἰδῶ, ἰδεῖν, ἰδὼν): *optativi praesens* εἰδείην: *subjunct.* εἰδῶ: *infinit.* εἰδῆναι, *ab* εἴδημι. *Aliud futurum est*, εἰδήσω *ab* εἰδέω: *perf.* εἴδηκα: *plusquam perf.* εἰδήκειν: *part* εἰδηκὼς *et syncope factâ per.* εἶδα, *plusq.* εἴδειν, *atticè* ᾔδειν, *mutato* ει *in* η: *part* εἰδὼς εἰδότος.

E'POMAI, interrogo: *fut.* ἐρήσομαι: *aor.* 2 *med.* ἠρόμην; εἰρόμην *autem imperf. est à poët.* εἴρομαι.

E'PXOMAI, venio, accedo: *fut. med.* ἐλεύσομαι, veniam, *poëtis aeque ac oratoribus usitatum*: *aor.* 2 *act.* ἤλυθον, ἤλυθε: *et factâ syncope*, ἦλθον, ἦλθες, ἦλθε: *infinit.* ἐλθεῖν (*poëtae utroque hoc aoristo oratores posteriore tantùm utuntur*) *perf. act.* ἤλευκα, *med.* ἤλευθα: *atticè* ἐλήλυκα, ἐλήλυθα: *plusquam perfectum*, εληλύκειν, ἐληλύθειν. *omnia ab inusitato* ἐλεύθω.

EΥ'ΡΙ'ΣΚΩ, invenio. *fut.* εὑρήσω. *praet. act.* εὕρηκα: *pass.* εὕρημαι, *aor* 1 εὑρέθην, inventus sum. *aor.* 2 *act.* εὗρον, *omnia ab inusit.* εὑρέω.

E'XΩ, habeo. *fut.* ἕξω. *praet.* ἔσχηκα a σχέω: *aor.* 2 εἶχον *et* ἔσχον ἔσχες, *aor.* 2 *imper.* σχὲς, habe (ἐπέχω inhibeo, ἐπίσχες) *à* σχῆμι, *cujus praet. pass. est* ἔσχεμαι, ἔσχεσαι, ἔσχεται, *à quo regulariter formatur ille aoristus* ἐσχέθην, *de quo in barytonis*: ἔσθημαι *verò fit ab* ἔσχηκα.

E'Ω, induo, *vel* colloco. *aor.* 1 εἶσα:

*augetur enim per* ει. *praet.* εἷμαι: *hinc* εἷμα vestis, *et rejecto* ε, ἱμάτιον, vestimentum, *de quo diximus jam suprà in* ἀμφιέννυμι.

## H

ΗʹΚΩ, venio. *futur.* ἥξω, *aor.* 1 ἧξα: *caetera suppeditat ei synonymum* ἵκομαι.

ΗʹΝ, dicebam, *imperf.* ἀ φημί, dico. *In imperf.* ἔφην, *ablatoque augmento cum* φ, ἦν, ἦς, ἦ, dicebam.

## Θ

ΘΕʹΛΩ, volo θελήσω, ἐθέλησα, *velut à* θελέω.

ΘΝΗʹΣΚΩ, morior *sumit sua tempora à* θείνω, θνάω, τέθνημι, *et* θνέω, *fut.* 2 *med.* θανοῦμαι: *aor.* 2 *act.* ἔθανον: *aor.* 2 *med.* ἐθανόμην, *à* θείνω, *praet.* τέθνηκα, mortuus sum, *à* θνάω: *ionicè* τέθνακα, *ut* βέβηκα, βέβαα *de quo supra*: *imperat.* τέθναθι, morere, τεθνάτω, moriatur: *optat.* τεθναίην, *infinit.* τεθνᾶναι, *part*, τεθνὰς, *à* τέθνημι, *verbo reduplicato per* ε. *Praeteritum boeoticum est* τεθνεικα, *ut* τέθεικα, *à* θνέω, τέθνημι, *primae conjugationis verborum in* μι: *jonicè* τέθνεια. *Partic.* τεθνειὼς *et ablato* ι, τεθνεὼς *pro quo usurpant etiam poëtae* τεθνηὼς, mortuus. *Invenitur etiam paulò post fut.* τεθνήξομαι, iam iam moriar.

I

ΙΚΝΟΥΜΑΙ, venio. *fut.* ἵξομαι ( *à quo fit praesens* ἵξω, venio: *imperf.* ἷξον ) *aor.* 2 *med.* ἱκόμην: *praet. pass.* ἶγμαι, *unde* ἀφῖγμαι, *ab* ἀφικνοῦμαι, venio, pervenio: *omnia ab* ἵκομαι.

ΙΛΑΣΚΟΜΑΙ, placo. *futur.* 1 *med.* ἱλάσομαι: *aor.* 1 ἱλασάμην: *ab* ἱλάομαι.

ΙΠΤΑΜΑΙ, volo, volas, *secundae in* μι: *fut.* πλήσομαι, *à* πλάω. *aor.* 2 *act.* ἔπτην, volavi, ἔπτης, ἔπτη: *optat.* πτοίην. *infin.* πτῆναι: *part.* πτάς: *aor.* 2 *med.* πτάμην: *infin.* πτάσθαι: *part.* πτάμενος, ἀποπτάμενος, avolans: *indicat.* ἐπτόμην, *opt.* πτοίμην, *infin.* πτέσθαι, *partic.* πτόμενος, *videntur per syncopen facta ex* πέτομαι.

K

ΚΑΘΕΖΟΜΑΙ, sedeo, ex κατὰ et ἕζομαι. *fut.* 2 καθεδοῦμαι, *juxta regul. de aor. et futur.* 2 *quartae conjugat. traditam.*

ΚΑΙΩ, *vel* ΚΑΩ, uro. *futur.* καύσω, *aor.* 2 *pass.* ἐκάην, ustus sum.

ΚΑΛΕΩ, voco. *fut.* καλέσω, καλήσω. *aorist.* 1 ἐκάλεσα: *perf.* κέκληκα, *per sync. ex* κεκάληκα: *pass.* κέκλημαι, κέκλησαι, κέκληται, vocatus est. *aor.* 1 ἐκλήθην.

ΚΑΜΝΩ, laboro. *fut.* 1 *et* 2 καμῶ: *aorist.*

2 ἔκαμον, *unde med.* καμοῦμαι *et* ἐκαμόμην: *perf. act.* κέκμηκα *pro* κεκάμηκα.

ΚΛΑ'ΖΩ, clango: *fut.* κλάγξω; *à* κλάγγω: *poëticè* κεκλάγξω: *aor.* 1 ἔκλαγξα: *perf.* κέκλαγχα: *aor.* 2 ἔκλαγον: *praet. med.* κέκληγα *pro* κέκλαγα: *partic.* κεκληγὼς, κεκληγότος.

ΚΡΑΙ'ΝΩ, perficio: *fut.* 1 κρανῶ: *aorist.* 1 ἔκρανα, *atticè* ἔκρηνα: *imperat.* κρῆνον, κρηνάτω, perfice, exsequere, *sed* κρήηνον, *quasi à* κραιαίνω.

ΚΡΕ'ΜΑΜΑΙ, pendeo: *infinit.* κρέμασθαι: *part.* κρεμάμενος: *fut.* κρεμάσομαι, *à* κρέμαομαι.

## Λ

ΛΑΜΒΑ'ΝΩ, accipio: λανθάνω, lateo: λαγχάνω, sortior, *et similia*, *unde sumant tempora sua, diximus jam supra cap.* XVIII.

## Μ

ΜΑΝΘΑ'ΝΩ, disco: μαθήσω, ἐμάθησα, ἔμαθον, μεμάθηκα, *tamquam à* μαθέω.

ΜΑ'ΧΟΜΑΙ, pugno: *fut.* 1 *med.* μαχέσομαι *et* μαχήσομαι: *unde aor.* 1 ἐμαχεσάμην et ἐμαχησάμην: *fut.* 2 μαχοῦμαι: *praet. pass.* μεμάχημαι: *omnia velut à* μαχέομαι.

ΜΕΙ'ΡΩ, divido, partior, μερίζω: *item* particeps sum, sortior: *praet. med.* ἔμμορα, *factum per metathesin pro* μέμορα (ἔμμορε τιμῆς, honorem nactus est) *pass.* μέ-

μαρμαι *et* εἵμαρμαι: εἵμαρται, fato decretum est: εἱμαρμένη, fatum.

ΜΕΛΕΙ, *impersonale*, curae est: *fut.* μελήσει: *aorist.* 1 ἐμέλησε, curae fuit: *praet.* μεμέληκε, *et syncope poëticâ* μέμηλε: *dicitur et* μέλεται, μελήσεται, μελέσθω, μεμελημένος *tamquam a* μελέομαι.

ΜΙΜΝΗΣΚΩ, μιμνήσκομαι, in memoriam revoco: *fut.* 1 μνήσω, μνήσομαι: *aor.* 1 *med.* ἐμνησάμην: *praet. pass.* μέμνημαι: *aor.* 1 ἐμνήσθην: *fut.* μνησθήσομαι, *assumpto* σ, *à* μνάομαι. *Sic* ἀναμιμνήσκω, recordor, ἀναμνήσομαι.

## O

ΟΖΩ, oleo: *fut.* 1 ὀζήσω *vel* ὀζέσω: *aor.* 1 ὤζεσα. *praet. act.* ὤζηκα: *med.* ὦδα, *attice* ὄδωδα *velut ab* ὀζέω.

ΟΙΟΜΑΙ *vel* οἶμαι, puto: *imperf.* ᾠόμην *et* ᾤμην: *fut.* οἰήσομαι: *perfect.* ᾤημαι, ᾤησαι ᾤηται: *aor.* 1 ᾠήθην, ᾠήθης, *tamquam ab* οἰέομαι: *poëtis etiam* οἴω *usitatum*.

ΟΙΧΟΜΑΙ, abeo: *fut.* οἰχήσομαι, *ab* οἰχέομαι: *aorist.* 2 *med.* ᾠχόμην, ᾤχου, ᾤχετο.

ΟΛΛΥΩ, ὄλλυμι, perdo. *Vide supra in* ἀπολέω.

ΟΜΝΥΩ, ὄμνυμι, juro: *fut.* 1 ὀμόσω: *aorist.* 1 ὤμοσα: *praet.* ὤμοκα, *atticè* ὀμώμοκα: *futur.* 2 *med.* ὀμοῦμαι, *ab inusitato* ὄμοω.

ΟΠΤΑΝΟΜΑΙ *et* ὄπτομαι, video: *fut.* ὄψομαι: *praet. med.* ὦπα, *atticè* ὄπωπα: *pass.*

ἄμμαι: *aorist.* 1 *pass.* ὤφθην, ὤφθης, ὤφθη; *fut.* ὀφθήσομαι.

ΟΦΕΙ΄ΛΩ, debeo *et per syncopen* ὀφλῶ: *fut.* 1 ὀφειλήσω, ὀφλήσω; *praet. act.* ὠφείληκα *et* ὤφληκα, *ab* ὀφειλέω *et* ὀφλέω: *aor* 2. *act.* ὤφειλον *ab* ὀφειλέω: *et* ὄφελον, ὦφλον, *ab* ὀφείλω. *Sumitur etiam pro adverbio*: ὤφελον *seu* ὄφελον, utinam ego; ὄφελε, utinam ille.

## Π

ΠΑ΄ΣΧΩ, patior: *fut.* πείσομαι *pro* πήσομαι *ab inusitato* πήθω; *à quo et aor.* 2 ἔπαθον: *infin.* παθεῖν: *part.* παθών: *praet med.* πέπονθα, *quasi à* πένθω; *part.* πεπονθώς, πεπονθότος.

ΠΙ΄ΝΩ, bibo: *fut.* πώσω: *praet.* πέπωκα, *à* πόω: *aor:* 2 ἔπιον, *et fut.* 2 *med.* πίομαι, *pro* πιοῦμαι, *à* πίω: *aor. imper.* πῖθι, bibe: *nam* πίε *adsciscit syllabam* θι, πίεθι; *hinc per crasin* πῖθι. *Dicitur etiam* πῶθι, *à* πῶμι, *et per apocopen* πῶ, bibe.

ΠΙΠΡΑ΄ΣΚΩ, vendo: *fut.* 1 πράσω: *aor.* 1 ἔπρασα: *praet. act.* πέπρακα: *pass.* πέπραμαι: *aor.* 1 *pass.* ἐπράθην. *Omnia per syncopen ex* περάω.

ΠΙ΄ΠΤΩ, cado: πτώσω, ἔπτωσα, πέπτωκα, πεπτωκώς, *et crasi factâ*, πεπτώς, πεπτῶτος, πεπτῶσα; τὸν πεπτῶτα, *et interposito* ε, τὸν πεπτεῶτα: *aor.* 2 ἔπεσον, πέσοιμι,

πεσεῖν, πεσὼν, ὰ πεσέω, *et aor.* 1 ἐπέσησα (*hinc* ἔπεσαν, ceciderunt; *tertia pluralis*, *pro* ἐπέσησαν) *fut.* 1 *doricum* πεσοῦμαι, *usitatum est pro* πέσομαι ὰ πέτω.

ΠΥΝΤΑ'ΝΟΜΑΙ, audio, sciscitor. *fut.* 1 *med.* πεύσομαι: *aor.* 2 ἐπυθόμην, *a* πεύθω: *praet. pass.* πέπυσμαι, *pro* πέπευσμαι, *abjecto* ε: *ut fit etiam in verbali* ἄφυκτος, inevitabilis *pro* ἄφευκτος, ὰ φεύγω, fugio.

P.

ΡΈΩ, fluo: *fut.* ῥεύσω. *aor.* 1 ἔῤῥευσα: *aor.* 2 *pass.* ἐῤῥύην, *ab activo* ἔῤῥυον, *velut* ὰ ῥεύω: ( *at fut.* ῥυήσω; *perf.* ἐῤῥύηκα, *tamquam* ὰ ῥυέω ). *Eadem est ratio compositorum*: ἐπιῤῥέω, influo, διαῤῥέω, diffluo *per geminum* ρρ.

ΡΗΓΝΥΩ, ῥήγνυμι, rumpo: *fut.* ῥήξω: *aor.* 1 *act.* ἔῤῥηξα. *aor.* 2 *pass.* ἐῤῥάγην: *infin.* ῥαγῆναι: *partic.* ῥαγεὶς: *praet. med.* ἔῤῥωγα, ruptus sum, *pro* ἔῤῥηγα, *sic* διέῤῥωγα, diruptus sum, ἐῤῥωγὼς, διεῤῥωγὼς, ὰ ῥήσσω.

Σ

ΣΒΕΝΝΥΩ, σβέννυμι, ὰ σβέω, exstinguo: *fut. act.* σβέσω: *med.* σβέσομαι: *aor.* 2 ἔσβην *vel activus* ὰ σβῆμι, *vel passivus* ὰ σβέω: *aor.* 2 *act.* ἔσβον, exstinxi. *Dicitur etiam*

σέήσω *pro* σεέσω; *hinc aor.* ἔσεησα, *et part. praet.* ἐσεηκώς.

ΣΕΥΩ, concito fugo. *aor.* 1 *act.* ἔσευα *aor.* 1 *pass.* ἐσύθην, *pro* ἐσεύθην. *praet. pass.* ἔσσυμαι *per hyperthesin*, *pro* σέσυμαι.

ΣΚΑΛΛΩ, *sive* σκέλλω, *vide supra in* ἀπέσκληκα.

ΣΠΕΝΔΩ, libo. *fut.* 1 σπείσω: *aor.* 1 ἔσπεισα. *praet. act.* ἔσπεικα, *pass.* ἔσπεισμαι: *aor.* 1 *pass.* ἐσπείσθην *ab inusit.* σπείδω. *Nam aeolicè pro vocali postpositivâ diphthongi ponitur consonans:* σπείδω, σπένδω, σπείρω, σπέῤῥω, semino.

ΣΤΕΡΙΣΚΩ *fut.* στερέσω *et* στερήσω: *aor.* 1 ἐστέρησα: *praet. act.* ἐστέρηκα: *pass.* ἐστέρημαι: *aor.* 1 *pass.* ἐστερήθην: *fut.* 1 *pass.* στερηθήσομαι, *à* στερέω, privo.

ΣΧΕΩ *inusitatum*, *vide in* ἔχω.

## T

ΤΕΜΝΩ, seco. *fut.* 1 τεμῶ *aor.* 2 ἔτεμον *et* ἔταμον: *med.* ἐτεμόμην: *fut.* 2 ταμῶ: *sed. fut.* τμήσω; *perf. act.* τέτμηκα, *pass.* τέτμημαι, *aor. pass.* ἐτμήθην, sectus sum: *part.* τμηθεὶς, *ab inusitat.* τμάω. *Praeterea fut.* 1 τμήξω. *aor* 2 ἔτμαγον, *pass.* ἐτμάγην, *cum partic.* τμαγεὶς, *a* τμήγω *derivantur.*

ΤΙΚΤΩ, pario *fut. act.* τέξω, *med.* τέξομαι: *praet act.* τέτεχα; *pass.* τέτεγμαι:

*unde aor.* 1 ἐτέχθην, *et fut*, τεχθήσομαι; *praet. verò med.* τέτοκα: *aor.* 2 *act.* ἔτεκον, *med.* ἐτεκόμην, *ab inusitato* τέκω.

ΤΙΝΩ, solvo *fut.* τίσω: *praet. act.* τέτικα. *pass.* τέτιμαι, *à* τίω.

ΤΙΤΡΩΣΚΩ, vulnero. *fut.* 1 τρώσω: *aor.* ἔτρωσα. *praet. act.* τέτρωκα, *pass.* τέτρωμαι: *aor.* ἐτρώθην: *fut. pass.* τρωθήσομαι: *ab inusitato* τρόω.

ΤΡΕΧΩ, curro. *fut.* θρέξω. *praet.* δεδράμηκα *à* δραμέω: *aor.* 2 ἔδραμον: *fut.* 2 *med.* δραμοῦμαι, curram: *praet. med.* δέδρομα, cucurri: *à* δρέμω.

ΤΡΩΓΩ, comedo: *aor.* 2 ἔφαγον, *à* φήγω: *fut.* 2 *med.* φάγομαι, *sine circumflexo*; *ut* πίομαι, ἔδομαι. *Habet tamen verbum hoc suum quoque aoristum*, ἔτραγον, τραγεῖν.

ΤΥΓΧΑΝΩ, sum, adipiscor. *fut.* τεύξομαι. *aor.* 2 ἔτυχον, *à* τεύχω. *praet.* τετύχηκα, *à* τυχέω. *Tertia persona praet. perfecti pass.* τέτυκται, est, paratus est, *pro* τέτευκται, *ablato* ε. *plusquam perfectum*: ἐτετύγμην, ἐτέτυξο, ἐτέτυκτο.

ΤΛΗΜΙ *et* τέτλημι, *à* τλάω; tolero, sustineo. *fut.* τλήσω. *praet*, τέτληκα. *aor.* 2 ἔτλην ἔτλης, ἔτλη, toleravi. *Imp. praes.* τέτλαθι *et* τετλα, tolera. *aor.* 2 τλῆθι. *Opt. praes.* τετλαίην: *aor.* 2 τλαίην. *Infin. praes.* τετλάναι: *aor.* 2 τλῆναι, *part. aor.* 2 τλὰς, τλάντος.

## Υ

ΥΠΙΣΧΝΟΥΜΑΙ, promitto. *fut.* 1 *med.* ὑποσχήσομαι, *praet. pass.* ὑπέσχημαι *promisi*: *aor.* 1 *pass.* ὑπεσχέθην. *aor.* 2 *med.* ὑπεσχόμην, *omnia ab.* ὑποσχέομαι.

## Φ

ΦΕ'ΡΩ, fero. *fut.* οἴσω, *ab* οἴω. *aor.* 1 ἤνεγκα; *infinit*, ἐνέγκαι: *part.* ἐνέγκας: *aor.* 2 ἤνεγκον: *infinit.* ἐνεγκεῖν: *part* ἐνεγκών, *ab* ἐνέγχω. *praet. med. atticum* ἐνήνοχα *ab* ἐνέχω: *aor.* 1 *pass.* ἠνέχθην. *et eadem est ratio compositorum*: ἀναφέρω, effero, refero: καταφέρω, defero: μεταφέρω, transfero. *Rursus à* φέρω *fit* φρέω: *hic* φρῆμι, φρήσω, ἔφρησα, φρῆσα, *aor.* 2 *imp.* φρές, fer; εἴσφρες, infer, admitte; ἔκφρες, effer.

ΦΑ'ΣΚΩ, dico, *à* φάω, *imperf.* ἔφασκον, dicebam: *fut.* φήσω:

ΦΘΑ'ΝΩ, praevenio, anteverto. *fut.* 1 φθάσω: *aor.* 1 ἔφθασα: *praet. act.* ἔφθακα, *ab inusitato* φθάω. *Sed aor.* 2 ἔφθην: *opt.* φθαίην: *subjunct.* φθῶ: *infin.* φθῆναι: *part.* φθάς: *tamquam à* φθῆμι.

## Χ

ΧΑΙ'ΡΩ, gaudeo *fut.* 1 *et* 2 χαρῶ: *aor.* 2 ἔχαρον, *pass.* ἐχάρην; *med.* ἐχαρόμην. *perf.*

*med.* κέχαρα. *At fut.* χαρήσω *vel* χαρήσομαι: *praet.* κεχάρηκα, ἀ χαρέω.

ΧΑ'ΣΚΩ, dehisco. *fut.* χανοῦμαι, *praet. med.* κέχηνα, *aor.* 2 ἔχανον, ἀ χαίνω.

ΧΕ'Ω, fundo. *fut.* χεύσω. *aor.* 1. ἔχευα et ἦχεα. *Imperat.* χέον, ἔκχεον, effunde. *Infin.* χέαι, ἐκχέαι, effudisse. *Part.* ἐκχέας. *aor.* 2 ἔχεον. *fut.* 2 χεῶ, ἐκχεῶ, effundam.

## Ω

ΩΘΕ'Ω, pello. *fut.* ὠθήσω. *Sed. fut.* ὤσω *aor.* 1 ὦσα: *atticè* ἔωσα; *pass. praet.* ἔωσμαι, *aor.* 1 ἐώσθην, *sunt ab* ὤθω.

# APPENDIX

## DE NOTIS ARITHMETICIS GRAECORUM.



Primus modus exarandi notas arithmeticas est, ut litterae singulae, pro ordine quem obtinent in alphabeto, numerum aliquem designent: itaque A valet unum: B autem duo: Γ tria: Ω viginti quatuor: et sic in caeteris A: que hac ratione homerici libri distinguuntur. Et hunc numerandi modum adhibuerunt alii quoque graecorum in distributione suorum librorum.

Secundus numerandi modus dividit litteras in tres classes.

Prima ab α ad ϑ unitates significat.

Secunda ab ι ad π decusses.

Tertia à ρ ad ω centurias.

Cùm autem contineant singulae classes octo litteras dumtaxat, et non plures (sunt enim tantum 24 litterae apud graecos) opus verò sit novem notis ad unitates omnes decusses, et centurias totidem designandas; primae classi sexti numeri notam hanc (ς′) secundae, quae nonaginta ostenderet, hanc aut similem (ϟ′) tertiae, quae nongenta designaret, hanc, aut formâ certè accedentem (ϡ) vel ut aliis placet πι substituerunt,

notato ad superiorem litterae partem accentu acuto, quem tamen etiam aliqui omittunt.

Si autem ad usque mille procedant, ab initio singulas litteras subscriptâ virgulâ repetunt, quae totidem chiliadas designant, quot unitates: decusses, aut centurias significabant, in hunc modum.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| α' | 1 | ι' | 10 | ρ' | 100 | α, | 1000 |
| β' | 2 | κ' | 20 | σ' | 200 | β, | 2000 |
| γ' | 3 | λ' | 30 | τ' | 300 | γ, | 3000 |
| δ' | 4 | μ' | 40 | υ' | 400 | δ, | 4000 |
| ε' | 5 | ν' | 50 | φ' | 500 | ε, | 5000 |
| ϛ' | 6 | ξ' | 60 | χ' | 600 | ι, | 10000 |
| ζ' | 7 | ο' | 70 | ψ' | 700 | κ, | 20000 |
| η' | 8 | π' | 80 | ω' | 800 | ρ, | 100000 |
| ϑ' | 9 | ϙ | 90 | ϡ' | 900 | σ, | 200000 |

Itaque in ΑΒΡΑΞΑΣ habemus 365. Nam Α', 1: Β, 2: Ρ, 100: Α, 1: Ξ 60: Α, 1: Σ', 200: summa 365; quot sunt dies anni: eòque hoc nomen sanctum dicebat Basilides haereticus; testibus Irenaeo, Epiphanio, Hieronymo, Augustino, Theodoreto.

Exerceat porro se studiosa juventus saepe in facili atque expedita ratione conjungendi unitates cùm decussibus, centuriis, chiliadibus, aut decusses cum centuriis vel chiliadibus, hoc pacto:

In decadibus ια' 11: κβ' 22: λγ' 33: μδ' 44: νε' 55: ξϛ' 66: οζ' 77: πη' 88: ϙϑ' 99.

In centuriis. ρα' 101 : σια' 211 : τκβ' 322: υλδ' 434 : φθ' 509 : χμη' 648: ωϟγ' 893.

In chiliadibus. α,σια' 1211 : α,χλη' 1638 : α,χνε' 1655 : β,ωπθ' 2889 : κ,εφνε' 25555 : per α,ωκη' expressum cernis praesentem annum Jesu Christi MDCCCXXVIII.

Tertia numeros scribendi ratio est, per sex litteras majusculas, numeri, quem denotant, initiales:

I valet 1, idque, ut ajunt, ab ἰα pro *μία, una*.

Π *πέντε*, id est *quinque*.

Δ *δέκα*, id est *decem*.

H *ἑκατὸν*, id est, *centum*. Quod veteres iones sic scribebant HEKATON, praefixo H ad signandum spiritum asperum, uti fit apud latinos.

X *χίλια*, id est, *mille*.

M *μύρια*, id est, *decem millia*.

Omnes etiam illae litterae praeter Π, usque ad quinarium numerum, sive per se sive aljis adjunctae, multiplicantur, ut: I, II, III, 1, 2, 3, etc. Δ, ΔΔ, ΔΔΔ, 10, 20, 30, etc. H, HH, HHH. 100, 200, 300 etc. X, XX, XXX. 1000, 2000, 3000 etc. M, MM, MMM, 10000, 20000, 30000 etc.

Π circumscribebatur ceteris numeris, praeterquam I: et signabat eum numerum, qui includeretur, quinquies sumendum. ut |Δ| valet quinquies decem, hoc est, *quinquaginta* : |H| quinquies centum, hoc est *quingenta* : |X| *quinque millia* : |M| quinque myriades, sive *quinquaginta millia*.

16

# INDEX CAPITUM.

PRID . NON . IANUAR

ANN . ORB . REP . CIↃ. IↃ. CCC. XXVIII

IN . UTRAQUE . SICILIA

ANNUM . IAM . III . REGEM . AGENTE

**FRANCISCO . I . P . F . AUG**

RECUSAE

IN . LUCEM . PRODIBANT

